

Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 110 hojas y la porta
da con foliacion completa, bien tratado.

M. Ramos de Vald. et guequill.

Ad Celebrem.

ff. de Vulg. et pup. subst.

Julian. L. 10 Heges. in

lex continetur et substitut.

quae sunt in lege Seq.

eorum titulo.

[illegible]entatio methodica

[illegible]one D. D. Franco Ramez

del Manzano

[illegible]entiarum Palestra

[illegible] Cathedras dio

[illegible] mediatar

Anno M. D.C.C.L.

I

Ad. Celebrentt.um

ff. de Vulg. et. pup. subst.
et. Julian. Lb. 30 digest. in
leg. lex cornelia 28. et. ad scebol.
Lb. 15. quest. in leg. Seg.
eodem titulo.

Commentatio methodica.

Auctore D. D. fran.co Ramoz.
del manzano

In salmanticensi Palestra.
Primariæ Cathedræ dig
nissimo moderatore.

Anno M. D. C. X. L. 1.

Ad Titulum ff. de Vulgari et pupillari substitutione.

Iurisperitos hodie in foro per Simplegadas litium navigare Colcos ad aureum vellus scripsit non sine querimonia Iustus Lipsius in Monitis et Exemplis politicis Lib. 2. Cap. 10. et ex eo Adamus Concenius Lib. 5 polit. Cap. 11 § 7. id si aliquando certum maxime in hoc substi. tracta. quem mari Anglico iuri Cesaris et Hispanie nostre naufragiis infami profundo, et idoneo semper explendis vursis advocatorum comparat. Albericus ita se in magnis hereditatibus expertum dicens in Rubrica huius tit. et ex quo solo dum in hoc mari consiliorum velis ad aureum vellus navigat plusquam quindecim millia ducatorum percepisse gloriantem viva voce Baldum audivisse testatur Rafael Cumanus apud Iasonem in presenti. Denique quo nullus alius fundus in iurisprudentie solo est qui uberiorem messem reddat quamvis obsterilitatem agri in quo DD. hactenus maiore cura quam cultura operati non paucas etiam noxias herbas protulerit, quibus extirpandis, et ut nobilem hanc iuris nostri coloniam in quam cultores nos hoc anno academice leges mittunt digne excolamus illustremusque. Inprimis ad Rubricam et Leg. 1. brevem perspicuamque principiorum materie summam exhibebimus. Postea obscuriores et Accademicis Antecessoribus pretermissas tit. nostri leges sigilatim expositurus.

Ad Rubricam, et Legem 1. 3. Goctt.
De Subst. nomine, origine, deffinitione speciebus Compendiaria Tractatio.

N.o 1. Substituere nihil aliud e nisi in alterius persone aut rei difficientis locu statuere et subrogare quomodo substituti adversarij mentione in provinciali Edicto interpretat. Caius in L. 1. et 3. §. ex quib. ff. de alie. Iudicij mut. ltt.a log. sensu apud Iuris autores substitui dicunt arbores L. agri 18. L. arbores 59 ff. de usufructu. §. sed si gregis 38. instit. de rer. divisione substituta pecora L. vel inutile 69. ff. de Usufructu L. si grege 22. ff. de Leg. 1.o L. nisi alius 11 ff. quib. modis Usuf. amitt. Iuncta L. peculiu 65 §. 1. ff. de leg. 2.o Colum. Lib. 7 de re rustica Cap. 3. et 6. Substituta accio L. 1.a §. hoc accio 10 ff. si is q intest. liber Denig.o substitutur Iudex, et defensor. L. quinta §. si tamen L. cu apud 20. ff. Iudicatu solui. Creditor debitor de Leg. Claudius diez is ejs vers. plane ff. qui potiores L. frustra 6. C. de n num. pecu. et tutores curatoresue L. 9. si forte 14 §. sed et si 4 ff. de soluti. L. ulti. §. ult. ff. de appell. L. curatore 10 C. q. dare tutores L. 4 C. in qb. casib. tutore habenti ltt.a L. 2. C. de tuto. vel curato. q. satis n dedit L. 4. C. de excusationib. tuto. Iuncta L. 3. C. de interdicto matri. cu similib. congestis post alios ab Iligero ad Donel. Lib. 6. cap. 25. L. D. Scifordegero ad fabru Lib. 2. trac. 6. quest.e

1.a Plane ex hac generali usur. verbi substitu. pro quacumque subrogatione fit ut quoties in deffectu primi legatarij, vel fideicomissarij, vel donatarij causa mortis vocantur alij et subrogantur, sint proprie substituti. Unde et traditum est etiam in legat. et fideicomissis et mortis causa donationibus locum esse substitutioni L. unic. § sin autem 7. vers. quod si in medio C. de caducis tollendis L. ut heredibus ff. de l. 2° L. ei cui mortis causa ff. de mortis causa donationibus quemadmodum et in contracti et donationibus inter vivos substitui solet L. quoties 3. C. de donationibus que sub modo fact. L. 27 Tauri que extat in L. ult. 6 lib. 5. copill. ibi Matienzo n. 1. late post Nicol. in Friglio et alios Vincentius Fusarius de substitutionibus 1.a p. de subs. in genere que st. 13. et 14

2 illud inprimis in hoc genere subst. in leg. et singularibus relictis nondum nostris pragmaticis, imo neque eruditis professoribus notum notatumque est nempe subst. in leg. fieri posse non solum directo et vulg. in 1° casu scilicet si legatarius non adquirat leg. L. si sponsus 5. § simili ff. de do. int. leg. L. Sextia 34 ff. de leg. 3° L. aurea 77 § de condi. et demostra. quo casu per agnitionem primi legatarij spirat substitutio. leg. si legata 6. C. de leg. juncta L. post aditam 5. C. de impub. et alijs subst. hec solum per fideicomissum in secundum cassum scilicet ut si adquisierit legatarius restituat alij L. cum pater 77. § a te peto 32 ff de leg. 2° L. Publius 36. § ult. ff. de cond. et de-

Mort. sed q. fortasse ignotius e etiam Directo in quo
Nempe ut vel post adquisitum 1.° Legat.° Leg. tamen in
Cassum temporis, et certum Siue sub Condit. aliqua succe-
dat alius Legatarius in eum q. ipso Iure Leg. transeat
in qua re elegans et electa est Iulia. Sent.ª Ex.
Lib. 32 ff. in l. si fundum 81 § Stichum 2.° ff. de
Leg. 1.° Ibi cum Sthicus Sempronio Legatus esset, et
si Sempronius Sthicum intra annum n. manumisis-
sset idem Sthicus Titio Legatus, atq. ita Titius in Leg.
Substitutus Semp.° in Cassum Sthici ab eo ad-
quisiti, et intra annum n. manumissi, scribit Iuli. Semproniu.
interim totum Stichum habiturum, et si intra annum manumiserit
Liberum Stichum fieri, si autem n. manumisserit totum ad Titium
pertinere: Et quidem pertinere ipso iure ex vi directe Substi-
tutionis. n. autem per fidei. q. Titius a Sempronio petat dedu-
co tunc ex eo q. verba illa Substitu. Titij in Leg. in d.°
§ Sthicum ibi Titio Do, lego sunt n. precaria, et obliqua tan-
quam fidei. sed directa et propria Leg. Vindicationis Ulp. in
frag. tit.° 24 in prin. et § per vindicationem 3. et tit.° 25 § 1 et a.°
ex quibus verbis et Leg. genere scilicet vindicationis transit ipso
iure, et recta via Dominium a testatore in Legatarium l. a Titio
64 ff. de furtis. l. Leg. 80 ff. de Leg. 2.° Ulp. tit.° 19 § Lege
17: sum etiam q. in eadem specie si testator in cassum Stichi a Sem-
pronio 1.° legatario intra annum n. manumissi n. Stichum Titio
Leget sed eum Liberum esse iubeat his verbis, Si Sempronius Sti-
chum intra Annum n. manumisserit Stichus Liber esto. docet
idem, Iulius eodem Lib. 32 ff. in Leg. Stichum 15 ff. de manu.
Test. Sempronium nisi manumittat, nihil iuris in Stichum

habituru sed liberu eu fictum; et consequent. Sentit Iulia. Semp.º n. Manumittente, Consequi Stichu Libertate directa Ex test. sicut et supponitr. ab eode Iulia. in l. si as ita 13. ff. de Statu lib. et fieri libertu Orcinu, siue Defuncti n. aute Sempronij Legatarij alioquin si libertus Sempronij fieret et Sempronius Ius patronatus in Sticho haberet. Veru n. esset q. Iulia. affirmat Semproniu, nisi intra annu Manumittat nihil Iuris in Sticho habituru, proinde quemadmodu in D.ª l. Stichu is post annu sine facto Sempronij Legatarij. et q.uqua ei Stichus adquiritus fuit tamen n. per fidei. sed directo et Iure ipso, Ex test. siue a testato. Stichus libertate Consequitur ita et in D.ª l. si fundu 82. §. Stichu Titius in Leg. Substitutus Semp.º in secundu casu, scilicet Stichi Semp.º adquisiti, et intra annu n. manumissi casu post annu ipso Iure et Ex vi directe substitutionis Leg. a testato; n. per fideicom. a Semp.º Legat.º ut agnoscit quamuis n. satis firmet aut Exponat Cuiacius in l. Legs servum 8. §. si inter ff. de leg. 2.º et in l. Vm. §. si aute 7. C. de Caducis toll. in quo sane distat insigniter. Substitutio Legatoru ab ea, que fit in hereditatibg q.ª in his in dubitatum e n. posse Iure Communi substitui directo in secundu casu, scilicet adquisite hereditatis l.º instituto, nisi a patre impuberibg Liberis, quos in potestate habet, Nesi in alterius potestate recasuri sunt, neq. Ultra pubertate l. Verbis 7. ff. in pupillari 14 cu Le. sequenti Goth.º L. in testam.º 6. C. de test. Mil. l. si frater 5. C. de fideicom. q. penul. et ult. institutionu de pupillari substitutione

Differentia observata, 3

int. subst. in hereditatib, et in leg. ratio quamvis a nemine, que scia quaesita, nedum inventa, in obscuro tamen non sit, se breviter. Supponas directam substitutionem in hereditatib. esse institutionem, ut in deffinitione diximus, et institutus qui semel adiit non posse ipso iure sive directo etiam ex voluntate defuncti heredem esse desineret, quia absurdum visum fuit personam defuncti sive eius repraesentationem semel ab herede assumptam, postea deponi et quodammodo alium hominem esse impiperet. L. si q. solvendo 88 ff. de here. insti. § resti tuta institutionum de fideicom. hereditatem iuncta L. heres 22 ff. de usucap. Quapropter neque potest (praeter quam pupillariter ex ratione de qua suo loco) substitui directo in casum quo institutus quaesita iam hereditate heres extitit quia neque iste desinere neque directo substitutus esse heres potest in locum instituti, nisi sic ille desinat cum uni duorum in solidum heredes ius non permittat. L. q. contra 141 § ult. ff. de reg. iuris e contrario in leg. substitutio nunquam est institutio, sed subrogatio in locum i. legatarii, qui cum ut pote singularis successor non representet defunctum, et legatarii ii institutionem cedebit ordine non repugnat quominus posit qui hactenus legatarius fuit postea ex voluntate defuncti desinere et legatum iure delictum resolvi sub conditione dominiumque etiam posquam quaesitum uni fuit transferri ipso iure in alium, ut in L. si sub conditione 16 ff. quibus modis ususfructus amittatur. D.a L. si fundum 81 in principio ff. de leg. 1. L. sifundum 105 ff. de conditionib. et demonstrationib. iuncta L. si cui via 11 § ult. ff. quemadmodum servitutes amittantur L. et post litem 12 § resque

R. Sami. Heredis. et Confirmari quia si in Dominio per Traditione quesito Emptori sub conditione resolutiua L. comissoriæ. Vel adictionis in diem receptæ, ut resoluta Emptione dominium ipso iure desinat in Emptore et in Venditore retrocurrat etiam ante re traditione. l. siquis hac lege 41 ff. de rei Vind. Iuncta communi sententia de qua post plures plura Alligerus a. Donellus Lib. 6. Cap. 18 littera c. et cap. 19. littera f. Gutguenius in l. traditionibus 20 N.o 5.o C. de pactis. Quanto facilius ut in Leg. sicut ipso Iure, et sine traditione Dominium adquiritur teste Hp. D.o tit.o 17 §. Lege ita et resoluatur et transeat arg.o ex l. nihil 35. l. Iure 3 ff. de reg. Iuris. Proinde Mirum ne substitui directo posse etiam in eiusdem ia quesiti iure legatario legat. Demum ex eadem ratione quamuis hereditas usque ad diem tempus ue certum Dari non possit. l. hereditas 34 ff. de hered. instituendis l. miles 41 ff. de test. militis Neque tamen potest l. si ususfructus 6. l. generali 32 §. item que sit l. Vxori 35 l. Vxori 37 ff. de Vsufruct. Leg.

Neque differentiæ propositæ et assertioni nostræ deductæ, ex d.a l. si fundum 81 §. Stichum, obstant quæ sequuntur expendenda simul et exponenda. l. 3 ex l. Stichum 39 ff. de Manu. testa. Ubi Paulus docet libertatem directam relictam Seruo sub condicione si eum heres alienauerit, non valere sicut neque vindicationis legatum eiusdem Serui sub eadem condicione quia conferuntur in id tempus quo Seruus utpote iam ab herede alienatus et alij quesitus iure alienus futurus: Vnde enim videtur neque libertatem 4

directa in d. l. Stichum 15 ff. de man. test. neque substitutionem directam et leg. vindicationis in d. l. si fundum 81 § Stichum valere directo posse cum conferantur in id tempus quo Stichus Sempronio legatario quesitus atque ita alienus futurus est. sed respondendum est in d. l. Stichum 15, et in d. § Stichum non conferri libertatem aut substitutionem directam expresse in casum Stichi Sempronio adquisiti atque ita alieni sed in casum manumissionis intra annum non factae, qui casus seu conditio impletur manumissione intra annum non secuta qualitercumque etiam si Sempronius leg. repudiaverit atque ita numquam Stichus alienus fuerit. Deinde eo etiam casu quo supponitur in d. l. 15. et in d. § Stichum nempe, quo Sempronius vere Stichi dominus factus sit et intra annum non manumisserit sustinetur tamen libertas, et substitutio directa quia resoluto Sempronii legato ex vi condicionis resolutivae si non manumisserit perinde habetur ac si numquam Stichus Sempronii fuisset, et consequenter retro fingitur numquam alienus sed testatoris et hereditarius arg. ex l. servo 69 § 1 ff. de leg. 1° l. 4 § sed et Marcellus ff. de in diem adiectione. l. 3a ff. quibus modis pignus vel hyppoteca solvitur. d. l. si cui ita 11 § ult. ff. quemadmodum servitutes amitt. cum similibus supra laudatis ac in d. l. Stichum 39. libertas et leg. conferuntur expresse in casum alienationis Stichi, et in id tempus, quo Stichus cuicumque ab herede alienatus ita adquisitus sit ut non possit alienatio et adquisitio resolvi, sicut hab[eri] non facta, neque Stichus retro fingi pro non alienato, seu non alieno, nam cum liberta[s]

seu leg. relicta sint sub conditione si alienaverit necesse est prius condione impleri, et Stichum alienum esse. si ita sit 45. § 1. ff. de leg. 2°. L. cedere 213 ff. de V. S. Si autem Stichus prout alieno sive alienatio prout facta et resoluta haberetur non posset dici impleta conditio, et ideo neque locus libertati aut leg. foret Rursus alienatione non resoluta, sed impleta per eam conditione, necesse etiam est libertatem directam et legatum vindicacionis non valere nam cum in utroque requiratur, ut Dominus sit qui relinquit §. libertas 2. vers. nec alius institut. de singulis reb. Ulpianus tit. 24 §. per vindicacionem 7. non potuit relingui in id tempus, quo nec testator nec heres dominus futurus erat sed ille, in quem alienatus servus fuisset d. L. Stichum 39 atque ita in d. L. 39, ipsa existentia condicionis si alienaverit repugnat quominus alienatio sive adquisitio resolvatur. et consequenter impedit libertatem, et leg. Stichi utpote alieni quod diversum est in d. L. 15. et in d. §. Stichum ubi quamvis vere Sempronij fuerit. tamen resoluto illius legato retrofingitur nunquam alienus esse quod fictione mediante secus fit directe substitutioni in seq. here adquisito cum tamen et locus non sit in hereditate post adquisitionem quia neque aditio facta resolui neque fingi potest eum qui semel heres fuit heredem non esse, ut supra tradidimus

Secundum d. assertionem nostram ex d.a §
L. 81 § Stichum argum. deducitur ex vulgari regula iuris que docet legatum constitui non posse ad tempus non magis quam aliam obligationem ita ut post tempus ipso iure finiatur L. obligatio. 44 §. 1° vers. placet ff. de oblig. et actio.

l. nemo 55 ff. de leg. 1.o Idque indubitatu fuit apud vete-
res iuris Aucto. usq. ad Iustini. Constat ex eius con-
stitutione in l. ult. C. de leg. Et in specie simili d.o § stichu,
et D l. stichu 39 ff. de man. test. probatr in l. 3 § si quis
ita 4 ff. de adim. leg. ubi ut Lu, fundus filio legatus et
sub condi. si filius fundu alienasset, ide fundus servo
legatus fuisset atq. ita servus filio, in cassu saq quesiti fundi
et alienati substitutus, affirmat Ulp. herede defuncti one-
ratu e, ut in cassu alienationis servo fundu prestet, et ideo
consulere sibi debere, exacta cautione a filio de fundo n. ali-
enando, et consequenter sentit legatu filij n. finire post cassu
alienationis neq. transire in servu substitutu ipso iure
alioqui super vacua heredis obligatio et cautionis exa-
ctio esset. Ergo neq. in dicto § stichu resolvitr. finitr.
ve ipso iure legatu sempronij post cassu temporis quo stichi
n. manumisset, et proinde neque directe substitutioni eo
cassu locus e. Sed ut proprie et paucis respondeas, sup-
ponendu inprimis e regula d. l. obligationu 44 § 1.o
vers. placet, pertinere ad obligationes, tam stipullationum
quam legatoru de qbq. in d. l. nemo 55. et in quibus
ita ius fuit, ut n. posset legatu sic relinqui, ut personalis
obligatio, actioque ex testa. a herede consistere duntaxat
usq. ad tempus certu veluti si ita legatu sit usque ad
bienniu heres dato, post bienniu heres n. liberatr neq. ex-
tinguitr. seu ipso iure obligatio, q.a sicut obligatio heres n.
tempore neq. voluntate sola defuncti inducitr sed ex quasi
contractu heredis cu legatarijs, § heres institu. de oblig.
que ex quasi contractu, ita neq. ipso iure extinguitur

tempore aut voluntate defuncti sine distractu legatarii
Arg. ex l. nihil 35. l. fere 153. ff. de reg. iuris
iuncta ratione d. §. 1. vers. placet, idque vetus ius fuit
abrogatum a Iustinia. in d. l. ult. C. de leg. Ceterum ea regula
qui pertinet ad leg. dominium quod etiam ante Iustinia. potuit
sic ad tempus relinqui, et adquiri, ut postea resolveretur ipso
iure, ut in ususfructu dominio probat. Paulus lib. 3.
sententiarum tit. 6. §. finitur. iuncta l. ult. §. item si ex
die ff. quando dies ususfru. leg. cedat. l. 3. in principio
vers. unde ff. quibus modis ususfruc. amitt. l. 6. l. gene-
rali 32. §. item 4. l. uxori 35. et 37. ff. de ususfruc. legato
et in aliis legatis d. l. in l. firmio 26. §. ult. ff. quando
dies leg. cedat. l. cum si 8. §. sive igitur 3. ff. de transactionib.
l. codicillis 18. l. liberto 21. §. filiis, et §. ult. ff. de ann.
leg. et praeceteris Papinianus in l. peculium 65. §. filio ff.
de leg. 2. Marcellus paucis admodum adversus in l. cum quis
56. §. si quis in bonis ff. ad l. falcidiam 96. conciliandis
cum Caio in l. si post mortem 68. §. qui si idem 3. cum sequenti
ff. de leg. 1. reiecta dist. antiquiorum inter libertatem
directam et fideicom. et emendatione Soueani in l. idem 19.
§. ult. quae convincuntur in d. l. cum quis 56. si quis in bonis
reiecta etiam oppinione Sarmienti dissensionem inter
consultos agnoscentis in d. l. peculium 65. §. filio. videndum
est quidem Curacius lib. 10. quaest. Papiniani, et in l. quae
filio 38. ff. de reg. iuris. Pacius cent. 6. quaest. 10. quo-
niam quemadmodum ipso iure ex voluntate defuncti quae
auctoritate legatario etiam ignoranti, et renuntiante etiam
dominium leg. adquiritur. l. cum pater 77. §. iuris

ff. de leg. 2. Resp. D. U.o 195. Legatum etiam ipso iure
facto prioris legatarii resolvitur, et in alium transit ex
voluntate defuncti post tempus ab eo statutum quomodo
ad rem distinguunt inter oblig. et dominium Bart. in d.
nemo ss. n. 18 ubi et post alios Cuia. et Ioannes Gutierr.
q. 216. et post Accur. in d. l. fin. C. de leg. verb. confirmari
in fin. Alexander ibi n.o 3 Iason 6. 7. Belonus de iure
accrescendi cap. 7 quaest. 19. et n.o 18. et 32. et ex Salm-
anticensibus Primariis docte sane, olim Petrus Peralta in l. ita
35 §. ult. n. 11 et sequentibus ff. de leg. 2. quibus adiicimus
quod in tempore resolutivo legati diximus obtinuisse multo
magis in conditione nempe ut legatum dominium quod eius resol-
vatur ipso iure in casum conditionis a testatore expressae
ut argumento ex l. 1 C. de dona. quae sub modo l. 2
§. Sabinus 3. cum §. sequenti ff. pro emptore l. 2 ff. de
in diem adiectione l. 1 ff. de lege commissoria agnovit Titanius
in d. obligationum 44 §. 1 n. 24 unde etiam apparet
non esse regulam rationem quod iuri ut in d. l. 81 § stichum d.
omnium Sempronii post casum temporis Stichi in manumissi
resolvatur ipso iure transeatque initium, atque ita locus fiat
directae substitutioni. Nec contrarium est quod extat in d.o
l. 3 §. si ita 4. ibi enim animadvertendum est nullam
directam substitutionem factam fuisse per leg. vindicationis
ut in d.o §. Stichum, sed in titiis qua ser legatum fuisse
damnationis, ut constat ex verbis heres dato. unde et
l. 3 infert valuisse leg. Seiis etiam in casum quo alienus
fundus futurus erat, aliter atque si vindicationis fuisset
ut in d. l. Stichum 39. ff. de man. testa. Secundum

ut resolui Neq. transire ipso iure in secundum legatarium Dominium primi, in Do. § Legitur ... Neque ipso iure adquiritur 2°. Sed per traditionem heredis in leg. damnationis teste Caio Lib. 2. institu. tit. 5 §. Vindicationis 2. et §. ceterum 4. Paulo Lib. 3. sententiarum tit. 6. §. Ususfructus 17. Tertium esse onexatum heredem, ut potest in Leg. damnationis, ut in casu alienationis servo prestet: et tamen quia in dubio non presumitur defunctus duplici praestatione eiusdem fundi heredem onerare voluisse. L. fitia §. 4. §. 9 in vitat. ff. de leg. 2°. Sed ut filio alienante fundus per manum heredis ad servum perveniat potest heres opposita exceptione exigere cautionem a filio de fundo non alienando, ut in leg. peto 69 §. fratres ff. de leg. 2° Explicat aliud agens noster Valencia tomo 3. illustrium ad tit. de leg. trac. 2. cap. 2. n. 25.

Nec plura ja de subs- 6

titutione directa in leg. post adquisitionem adque, sumendum vel obitum. notatum maneat pertinere etiam textum in l. 3. §. hec autem 5 ff. qbq. modis ususfruc. amittatur sicut ad vulg. subst. in eisdem legatis lucium alioquin difficilem in l. si quis servum 8. §. certum 4 ff. de leg. 1. quem ita accipit Cuia. ibi et ante eum post iacobum de Arenis Bartolus, Albericus et cumanus quamvis ad fideicommissariam substitutionem referant cum Accur. ibidem classici alii; sed tamen pro 2. veluti corollario substitutionis in leg. censuit statuimus substitutionem in leg. et singularibus relictis non esse institutionem quia neq. legatarii dicuntur proprie heredes aut instituti sed adiectis notis improprietatis quasi

et quodammodo L. id tempus 14 § Ult. ff. de usucap. iuncto Tertulliano de Velandis Virg. capo 6. ibi desponsata enim quodammodo Nupta: tamen inter quodammodo, et Verum satis interest. et ut res diversae Legata, et Hereditates distinguuntur L. si Titius 96. ff. de leg. 3. L. 1. § 9. Neque ff. de Here. inst. L. mulier 20 § Ult. ff. de conditi. institu. L. quaedam 9. § 1.o ff. de edendo. §. sed neque et §. legatarijs 11 institutionum de test. ordi. et quando in institutionibus statutum, obtineret etiam in leg. vel e contra, fit per extensionem tanquam ad rem similem et ex voluntate disponentium, aut identitate rationis non ex proprietate verborum L. in conventionibus 219. ff. de V. S. L. sig. filium 5. § sed et si portio ff. de leg. praest. L. si rem legatam 6. ff. de exceptionib. L. quae sub condione 8. § 1.o et §. in fideicom. 2.o ff. de conditi. insti. L. sig. pecunia 4 §. quaqua ff. si q. omissa causa test. q. bj duobus locis probantes, in hanc rem Ultra Loveanus in rubrica nostra n.o 4. et antetilli idem censuerunt post alios ex classicis Franciscus Ripa in praesenti n.o 4. Sphorcia de subst. 1. p. in prae ludijs quaest. 2. n. 11. Velitio Peralta in rubrica de here. insti. n. 48. et sequent. Unde iam liquet aberrasse largiter post Franciscum Artinum in praesenti Socinum iuniorem in L. Centuria 15. n. 8. Gotho. Lancelotum Polytum de subst. in prae ludijs n. 7. Paulum Leonium eodem tractatu in principio n. 6. Qui affirmarunt substitutionem etiam in leg. ex institutione et legatarium contineri proprie appellatione heredis sive instituti, neque errore eius fulcit quamvis a fronte ei favat Scevolae responsum in L.

Lucius 93. § Ult. ff. de leg. 3. ibi ei que testator coherede in fundo recipi voluit debetr. pars fundi ex fideicomisso dtq. ita cohæredis appellatione singularis fideicomissariu fundi significatr. Quippe observandum e responsum illud Scevolæ qui a beodem, ut solebat in libris suis relatum proponitur in l. pater 38. §. Ult. ff. de leg. 3. ea ratione habere qa. testator eum que cohæredem recipi voluit n institui sed, ut reciperetr rogavit obliquis et precariis verbis illis, peto uti velis, que sunt propria fideicomissi § ult. institutionum de singulis rebg. neq. conveniebant hæredis institutioni ante Constantinum. l. quoniam 15 C. de test. Et pretereaque fortasse n dum notatum, voluit coheredem recipi in fundo n in hereditate, aut eius parte cum tamen ea inter institutos certis ex partibg tota hereditas divisa esset a testatore, ut supponitur, et ex mentione preceptionis fundi evincitr in da. l. Lucius 93. § ult. quo casu nominatus in fundo cohæres n potest haberi pro herede aut instituto l. quotiens 13. C. de heredibg instituen. quapropter et ex his coniecturis intelligimus testatorem minus proprie usum fuisse nomine cohæredis ut significaret faceretque sociu sive consortem in eodem fundo per fideicomissum, ut in l. ex facto 17. ff. ad SC Trebellianum, l. filius familias 114. § ulg. heredem 6. ff. de leg. 1o. et proinde in dicta l. Lucius 93. § ult. n ex proprietate verbi, sed ex voluntate testantis fideicomissarius singularis intelligitr. appellatione cohæredis, ut explicat Bart. in l. centurio n. 44 Gotth. et in d. l. pater 38. § ult. ff. de leg. 3. Peralta ibi sup.a no 60. Donellus lib. 8. comen. cap. 3. et agnoscit Politus ibi proxime no 6.

quamvis aliter Coheredes in D. L. 93 § ult. accipere videatur Cuia. ibi Lib. 3. Responsorum Scaevolae

Pergimus jam et post gene-
7 rale illam verbi substitu. usurpationem de qua supra n.o 1. admonemus nunc Substitutionem in hoc Trac. etiam proprie et specialiter accipi pro subrogatione in locum heredis ut in nostra L. 1 et passim hoc tit.o iuxta quam specialem significationem, ut originem rei interim omissa, imprimis regularem scilicet substitutionem deffiniamus. Sciendum est substitutionis tot fere deffinitiones occurrere, quot autorum capita in hanc materiam, ut constat ex viginti deffinitionibus relatis à Intriglialo de substitu. centuria 1.a quest. 2. n.o 1 et sequentibus, videris et Leonio de substitu. in prae-iudiciis ex n. 35. Alia Cuia. in paratitlis ad hunc tit. et tractatu 2. ad Africa. in leg. Si Mater 33 § 1.o hoc tit.o quam placuit Guilguerio in Rubrica C. de impube. n. 5. et convincitur ex L. delata 151. ff. de V. S. Alia Loriotti de Apicibus Iuris. tra. 14. de substitu. axiomate 5. Covarru. in cap. Rainucius § 4 n. 1. de test. quam sequitur Molina Theologus de iustitia disp. 182. n. 1.o Alia Philippi Matthaei in Rubrica C. de impub. n.o 98. Aliis denique congestis praeter laudatos a Richardo nostro in Rubrica institu. de vulgari n. 8. illigerus ad Donellum Lib. 6. cap. 28. littera. D. ex Ab. Curiani, praedictisque addi possunt Curtio Iuniore in Rubrica n.o 27. C. de impub. et praeceteris Bolognetto in Rubrica nostra ex n. 25. Petro Greg. Lib. 4 syntagm. cap. 10. n. 2. Alexandro Trentacinquio

d. subst. in Proemio Cx n. 2. et ex egregiis Iuris interpretib; Harmenopolo in promptuario Lib. 5. tit. 7. Placuit tamen prævaluitque comunior Scholasticorum plausu Accur. deffinitio in Rubrica Nostra nempe, ut Substitutio sit secunda institutio sive ut clarius Explices, institutio secundi heredis, quam deffinitionem probant illustrantque post Antiquiores innumeri et in l. centurio 15. Bartol. et in Rubrica, et l. præcib. 8. C. de impub. ex Salmanticensib; præter laudatos a Pichardo ibi sup.a n. 1. Peralta in Rubrica n. 10. ff. de hered. insti. Didacus Spino de testam. gla. 21 principali n. 1, et ex aliis Done. in Rubrica n. 11. Ibi et Corra. C. de impub. et Lib. 6 coment. cap. 23. Gomez in Rubrica nostra n.o 1. Cuia. ad Paulum Lib. 3. senten. tit. 4 §. Heredes 17 Faber Lib. 15 coniecturarum cap. 10 circa medium Schifordegerus ad Fabrum Lib. 2. trac. 6. quest. 2. cum pluribus quos ni transcribo. Castillo Lib. 2 cotrouersiarum cap. 10 n. 7 et post Intrigliolum et alios Fusarius de Substi. 1o. quest. 1. n. 1 Cardinalis Tuscus tomo 7. practicarum litt.a S. conclu. 778

Sane Accursiana deffinitio aut probanda aut præferenda ceteris quam licet Varii hinc et inde Arg. operose impugnent, et proponant interpretes, longam quidem fastidiosam aut ineptam eorum altercationem sophistarum potius quam veterum iuris consultorum exemplo in hac, et aliis deffinitionib; anxie examinandis ut pote non necessariis, quoties 8

res ipsa sine Dialectica deffinitione satis intelligitur re-
prehendam merito. Durare ad nostrum tt.s cap. 1. Si-
glinus in rubrica institut. de Vulgari n.3. Sicut
et jam olim similiter Dogmaticos Physicorumque Vanumque
eorum indeffiniendo laborem accusavit Sextus Empiricus lib.
2. Pyrrhoniarum Hippotiposeon cap. 16. Tamen ut set recep-
ti consuetudini aliquid largiamur Exponemus primum
Deffinitionem quamque illi scribunt. Itaut Vulgata
et tritiora breviter lustrantes selectis tantum et
obscuribus immoremur. Ergo inprimis Acc. deffinitio si
autoritatem ei quaerimus convenit effectu, et sententia descrip
tionibus veterum ICum inter quos Paulus in L. Ex facto 43
§. Lucius inf. Gottho. substitutionem Vocat secundi heredis
institutionem: Caius autem lib. 2. instit. tt.o 4o. scribit substi-
tutionem esse, quae post institutionem a Testatore fieri solet,
idest, secundi heredis appellationem. Ut Up. in frag. tt.o 22
§. heredes 34. Paulus lib. 3. sent. tt.o 4 §. heredes 17
Modestinus in nostra L. 1. aliique Iurisautores in L. 4
ff. de SC. Syllaniano, et in L. 4 ff. de iniust. rup.
irrit. ttta. Denique Alphonsus noster in L. 1 tt.o 5. parti-
ta 6. Substitutos appellant. secundo gradu et loco scrip-
tos heredes: quemadmodum et secundi heredes dicuntur
substituti in L. si quis a filio 32. ff. de leg. 1o. iuncta
L. ult. ff. de fideicomm. libert. L. si quis testamentum
25. ff. qui testam.ta facere possint. L. idem 13. § ult. ff. de test.
Mil. L. si primo 8. ff. de lib. et post. L. Cicero 39. de
penis L. patrum 8. C. de impub. et apud Quintilianum
eleganti declamatione 388. ibi testamentum scripsit

proxime et simplex. Nam neq. diu de primo hærede cogi-
tandum fuit habentis filium. neq. de secundo habenti
priorem. Et eodem sensu proximi hæredes Persio satyra
2. et scripti in spem secundam. Tacito 1º. ann. ex-
ornant. Ex alijs locis præter Connanum Petrum Greg.
et alios laudatos a Richardo ubi proxime. Ludovi-
cus Dorleans in Tacitum 1º. ann. pag. mihi 136. Levi-
nus Torrentius in Horatium lib. 2. satyra 5. vers. 48.
et in Suetonium in Iulio cap. 83. Brisonius de
V. S. verb. secundus hæres.

Deinde ut et rationem 9
auctoritati adijciamus definitionemque explicemus.
Supponimus in ea vocem institutio loco generis. et
vocem secunda loco differentiæ proponi et in duabus
his vocibus totidem partes explicationis nostræ versa-
turas. itaque quoad 1 in comperto esse debet institutio-
nem tanquam genus in definitione nostra non solum
sumi institutionem sed etiam proprie commune hærede subs-
titutionem. quæ secunda institutio est. d. l. ex facto 43.
§. Lucius Titius. idque ex eo probatur. dumque quamvis
ex communi sententia conditiones formaliter ut aiunt,
et specifice impleri debeant non æquipolenter. l. qui hæredi
44. §. Mevius 55. l. fideicommissum 76. ff. de condit.
et demonst. l. si ita q. 51 § ult. ff. de leg. 2. tamen
conditio illa, si testatorem instituisset impleta censetur.
etiam si eum duntaxat substituerint. l. mulier 20
§ ult. ff. de condi. institu. Ita etiam quando institutionis
verbo substitutio significatur in l. sig. mihi bona

25. §. Sed si mandavit 11 vers. ideoq. ff. de adqui. heredi. l. Cum pater 77 §. ab instituto 15 ff. de leg. 2.° l. si pater 25. Gothf. et è contrario substituti nomine intelligitur. Primus institutus iuxta textum ad rem non vulgatum in l. ult. in prin. ff. de leg. 3.° ubi in illis verbis, exheredato illo substituit heredem extraneum, censuit iam pridem vocem substituit accipiendam esse pro instituit, seu subrogavit, et institutum ibi quamvis primus heres sit vocari substitutum respectu exheredati, in cuius locum quem ille utpote filius suus primus heres nisi exheredatus esset in hereditate paterna obtinere, et in quo veluti iure ipso statutus erat subrogatur. Excluso per exheredationem filio et eo sensu substituitur extraneus institutus. Qua admissa expositione non erit obscura expositio obscuri alioquim textus in d. l. ult. rejectis emendationibus Cuia. lib. 2. observa. cap. 32 Fabri. de erroribus pragm. decade 70. errore. 8. quos sequitur noster Pichardus ad tit. de leg. 1.° cap. 8. n.° 1.° et sequent. reiecta etiam interpretatione Hilligeri, ad Donell. lib. 8. cap. 7. littera B. Secundum quem et similiter in cap. si pater, de testam. lib. 6. verba pauperes instituendo. designant pauperem substitutionem de qua in vers. premissa eiusdem cap. ubi ita notat post classicos Emanuel Costa 1. p. verbo instituendo ex n.° 1.° neque repugnat huic traditioni quod in nostra l. 1. et in rubrica C. de institu. et subst. et apud Caium, Ulp. et Paulum in frag. laudatis n.° precedente, institutiones, et substitutiones distinguuntur, et quidem tanquam res diversae diversis nominibus ex ratione l. si idem 7. C. de codicillis

Quia respondetur nomen non esse in usu iuris novum, ideoque verbum et generaliter accipi, et specialiter, nomenque generis ad una speciem restringi atque ita ab alia eiusdem generis specie distingui, ut in l. 1. ff. de adopt. l. pecuniae 178 §. actionis ff. de V. S. Unde et quemadmodum substitutio et generaliter pro quacunque subrogatione, et specialiter pro subrogatione in locum heredis accipitur ut diximus n.° 7. ita et institutio in genere tam 1. quam secundi gradus institutionem complectitur. quamvis relata in specie ad 1.m institutionem, distinguatur a secunda, quae specialiter substitutio dicitur in nostra l. 1. et in d. Rubrica, ut explicant affirmantque in statutis, et aliis ordinationibus institutionis sive instituti appellatione comprehendi substitutum, post Accur. in l. Gallus 29. verbo posse, ibi Bart. n.° 5. ff. delib. et post. Et praeter Peralta, Costa, Richardum Trentacinquium, et alios veteres, et noviores congestos a Castillo. lib. 2. controver. cap. 20 n.° 1 Multis, et pro Multos communem dicens. Massiricius in Rubrica C. de impub. n.° 25 et sequent. Illigerus ad Donellum. lib. 6. cap. 23. littera B. Scifordegerus ad Fabrum lib. 2. tract. 6. quaest. 2. Tuscus. Tomo 7. littera S. Conclu. 773.

Ceterum contrariam sententiam, 10 scilicet, ut substitutio non sit proprie institutio, et ut institutionis mentio in statutis, et similibus dispositionibus proprie stricteque intelligendis non comprehendam substitutionem probant constanter, et communem etiam appellant, post Bald. Socinum, et alios in praesenti, et in rubrica C. de impub. Plures apud Crassum receptam sententiam, quod substitutio

quest. 2. Spiro de test. 2. glar. n.º 6. et post alios intrip-
liolus de subst. Centuria 1.ª quest. 6. Fussarius eodem tract.
1. p.te quest. 3. pro qua sent.ª ultra Argumentum distincti-
onis nominum inst. et subst. quod iam dissolvimus. urget aliud
et quidem valde validumque ex eo quia substitutio omnis
est conditionalis nempe in eum casum conditionem quod si primus
heres, vel post delatam, vel post adquisitam hereditatem def-
ficiat. l. coheredi 41 § coheres 6. hoc tit. l. 1. § id quod
ex substitutione 13. l. in ratione 11. § quod vulgo 5. in fin.
ff. ad leg. falc. idque apparet ex eo quia vulgaris subs-
titutio fit sub conditione si primus heres non erit, et
pupill. sub conditione si filius erit, et impubes de-
cesserit. Indeque inferri solet spem succedendi ex subs-
titutione, si pendente eius conditione substitutus
moriatur non transmitti, ad heredem substituti l. si ex
pluribus 27 ff. de suis et legi. l. sed si plures 10. l. Lucius
45. § ult. l. qui habebat 47 hoc tit. unde et tandem
substitutionem omnem esse conditionalem post Accur. in
l. qui liberis § verbo cum hoc tit. Bart. consil. 241
n. 4. lib. 1. secure supponunt. Ex classicis Ripa
in Rubrica Nostra. Bart. Deurcio de subst. in
preludijs n.º 4.º Massinius in rubrica C. de impub.
n. 24 et 42. Donell. lib. 6. Comment. cap. 23 et seq-
uentib. Noster Pichardus in rubrica instit. de
vulgari n.º 10, et 18. Eaque ratione Petrus Greg. lib
42. sintag. cap. 10 n. 2. et 3. Stante eum alijs apud
Leonium de subst. in preludijs n.º 35. et 40 adj-
iciunt deffinitioni Acc. vocem condicionalis, quo

Supposito Exinci, inde Videtur Subst. n. posse deffiniri alli dici proprie et simpliciter institutionem quia Conditionalis actus n. dicitur proprie talis Neg. absolute et simpliciter. Sed secundum quid. Arg. ex L. 1. ff. de Donat. L. 15 cuiq. ff. de oblig. et acti. cumulis ad reg. traditis a Fizaguelo. in trac. Lemot. 1. p. 2e de claratione 9. n. 11

Sed ratione Sententia detenta; ut 11 proposite nuper difficultati respondeamus, omissis circa eam n. satis dextre hactenus in Accademia traditis, observandum e in conspectu vulgo peccari Dum Supponitur. substitutionem omnem sua natura esse Conditionalem. Est enim e contrario verius substitutionem omnem sua natura esse puram institutionem n. conditionalem nisi quando fit sub. conditione aliqua extrinsecus praeter naam substitutionis a testatore adiecta. Veluti, si Navis ex Asia venerit, ut in pupillari aperte docet Ulp. in l. 9. Liberis §. Gelli. et in vulgari Scevola in l. ult. §. 1o. ibi sed si sub conditione q. heres scriptus sit, pure ante substitutus e, et ibi sed si Extiterit Conditio Due pure sunt, Hoctt.o et in commune q. ad utramque substitutionem Paulus lib. 3. Senten. tit. 4. §. Substituimus §. accedi et rubrica C. de inst. et subst. et test. sub conditione factis, quae inepte inscriberetur. de subst. sub conditione factis si omnes substitutiones sub conditione fierent et ideo potius sic inscribitur. q.a quemadmodum institutiones alie sub conditione fierent de quibus in d. rubr.

Aliæ pure de quib; C. de hæred. inst. ita et substitutiones quædam sub conditione fiunt, de quib; ind.ª rubr. plerœque autem pure sunt de quib; inseguent tt.º C. de impub. Denique manifeste magis hoc ipsum demonstrat juris ratio, quæ docet conditiones tacitas quæ insunt veniuntque vel ex potestate juris vel ex natura rei sive actus cui adjiciuntur. etiam si a testatore exprimantur non facere actum conditionalem L. conditiones 99. L. aliquando 107. L. servo 47 ff. de conditi. et demonst. L. 3. ff. de leg. 1.º L. mutob. §. 1.º ff. de Tute. Et ideo tales conditiones moram et dilationem sive diem potius quam conditionem injiciunt legatis relictis sub aliqua ex his conditionib; quia ante illam exigi itemque effectum non possunt. L. Bonum 43. §. ult. ff. de Edilitio edicto, Juncta L. si pure 6. §. 1.º ff. quando dies leg. cedat. L. interdum 73. §. ult. ff. de V. O. L. 1.ª §. ult. ff. de condi. et demostr. tamen a primo hujusmodi legata delata intelliguntur, et mortuo legatario ante conditionem ad heredem eius transmittuntur. L. si titio 22 §. 1. et 2. L. cum illud 25 §. ult in fin. ff. quando dies leg. cedat. Quib; consequens est conditiones illas in subst. vulg. si primus heres non erit et in pupil. si filius impubes decesserit, quamvis a testatore exprimantur et formam faciemque conditionis præferant, tamen non habere vim effectumque conditionis neque facere substitutionem conditionalem quoniam ex natura ipsa utriusque substitutionis tacite et jure insunt in vulg. quia cum sit subrogatio heredis 2.i in locum 1.i instituti necesse est eum heredem non extitisse ut vulgari substituto locus sit in pupill. quia cum sit testamentum impub. per non aliter effectum habere potest, quam si impubes decedat, formula illa si impubes

heres decesserit nulla habet conditionem ut expres-
sum est in d. l. 9 liberis & plurimus hanc germanam rationem
contra cavillationes Accursii, Alberici, et Cumani ag-
noscit ex Basilicis Jason n.o 2. et ex rationibus Gove-
anus ibidem afirmantes substitutiones sua natura
non esse institutiones conditionales et consentiunt Cujacius
ad tit. C. de inst. et subst. et ad Paulum lib. 3 sent.
tit. 4 § substituere 1 8. Schifordeg. ad Fabrum lib. 2
tract. 6. quaest. 2. nec dissentit noster Picardus ad hunc
tit. cap. 2 n. 21, et quoad pupill. expressius cap. 4 n.o 50
et 53. et cap. 19 ex n. 35, et 51. Noster Valencia in Epistolicis
Epistolas exercitatione 6. ex n. 10, et 15, ulterius ex Ant.o Fabro
qui in pupill. ita censuit agnoscens tamen se olim incare lapsum
et in tit. ad hunc eam esse conditionalem perperam afirmat de
erroribus Decade 31 erro. 6. n. 11, et Deca. 32. err. 9. n. 12
et 25. et erro. 10 ex n. 2 et 7.

Plane quoad pupill. substitu- 12
quam dicimus non esse eam conditionalem nobis insuper argumentis
probat Faber locis nuper laudatis: 1.o ex eo quia cum pupi-
llaris substitutio sit testamentum filii factum eidem a patre
l. Papinianus 8. § sed nec impuberis ff. de inofficioso
ex quo testam.to defferri hereditas defuncti pupilli l. 2
§ illud 2. ff. de hereditate vel act. vendita. l. si filius
12 hoc tit.o § igitur 2. institutionum de pupill. substitu.
ipsa iuris ratio, et necessitas testamenti quod pupillaris
sive substitutionis natura, ostendit ut ei locus sit
prius decessisse debere pupillum, et quidem quamdiu pupillus
sive impuber est cuius tanquam impuberis defuncti

Ex eius pupill. test. hereditas defert cui viventis hereditas
n. sit l. q. superstitis 94 ff. de adquir. heredi. et con-
firmatur exemplo, quemadmodum enim etiam si pater ipse
l. 3 heredem suum sic instituisset, si loco non infirmato hoc
testamento decessero filius heres esto. haec verba si face-
rent conditionalem institutionem ita nec faciunt substitu-
tionem conditionalem verba illa si filius impubes decesserit
scilicet quia utroque casu iuris est non aliter neque ante testamento
institutioni, aut substitutioni locum esse quam si testator
decesserit cuius hereditas defertur l. 1 ff. qui testamenta facere
possint. Confirmatur et secundo ex eo quia ut eleganter faber
considerat verba illa si filius impubes decesserit non censen-
tur verba filii, qui de se in tertia persona non loqueretur, neque
conditio aut pars testamenti pupill. quod incipit concluditurque
verbis illis filius heres esto. l. 1 § 9 neque ff. de here.
institu. quin potius sunt verba patris praeparantis et
veluti accingentis se ad testandum pro filio, et profitentis
se pro eo nolle testari nisi quatenus potest, idest, si impubes
decesserit atque ita ea verba non tam sunt conditio substitutionis
factae quam faciendae neque efficiunt substitutionem conditio-
nalem, sive sub conditione, sed ut non incipiat nisi ex con-
ditione, et casu illo, quo impubes decedat adque extremum
temporis designandum solet substitutionem pupillari. ad ipsi
verbum sunt principio institutionum de pupill. substit. l. si
ita scriptum 8 § tit. ff. de bonor. possessi. secundum tabulas
Na. l. 8. Juncta l. 4 § 1. ff. de condi. et demonst. quemadmo-
dum in formula Galli Aquilii verba illa si filius meus me vivo
morietur tunc, continent conditionem iure necessaria, ut nepos

posthumum tanquam non a patre praecessus atque ita non alienus institui possit, et non faciunt Nepotis institutionem sub conditione, quae si esset retrotraheretur, impleta conditione ad tempus viventis filii, atque ita viciaretur tanquam posthumi tunc alieni sed efficiunt, ut Nepotis posthumi institutio incipiat ex conditione, et ex nunc illo tempore Morientis filii, quo Nepos suus esse incipit, et quidem sine ulla retrotractione quam impedit, Verbum tunc l. Gallus §. ibi docuimus Cap. 3. n.° 18. ff. de lib. et post. iuncta simili specie l. eius §. solvendo 88. ff. de hered. insti. de quibus sic subtiliter Faber lib. 9. coniect. Cap. 1.° et de erroribus Deca. 17. erro. 1.° n.° 16. Siquis for de quenis lib. 3. ad Fabrum Tract. 19. quest. 1. Proinde etiam si illa conditio, si impubes decesserit non inesset tacite ex iure, et natura substitutionis pupill. tamen propter vocem tunc quae retrotractionem impedit, non tam esset institutio sub conditione quam quae inciperet ex conditione, et quidem tali conditione quae necessario extitura est, prius quam deferatur hereditas pupilli, Nempe Morte ipsius ante quam nulla hereditas pupilli est l. 2. § interdum 3. eod. tit.° et post quam scilicet mortem pupilli statim hereditas eius, utpote impleta conditione, si impubes decesserit defertur substituto, et consequenter non est tali conditio quae suspendat delationem hereditatis, neque impediat quominus cum primum hereditas pupilli esse incipit, deferatur substituto

Superiora L3

Fabri Argum. sententia 3a. proposita quoad pupill. substi. confirmo electo, et eleganti ad hanc rem textu in l. heredis 78. Tractari. ff. quando dies leg. cedat. ibi scriptum est. Legatum a substituto pupillari relictum sub expressa illa conditione

si filius intra pubertatem decesserit, transmitti ad heredem Legatarij etiam si vivo pupillo, et proinde ante impletam legati conditionem mortuus legatarius sit, hac nominatim ratione reddita; quasi ea conditio, sit expressa, quae inerat et consequenter supponitur non esse id legatum conditionale quod si foret non transmitteretur. L. uni. § sin autem aliquid 7 C. de cadu. toll. Unde et recte deducitur non esse etiam conditionalem substitutionem pupill. quae fit expressa conditione illa si impubes decesserit cum nominum substitutioni inesse insit ea conditio, quam legato relicto a substituto pupill. Neque Ulp. sententiae in d. § tractari, et illis, quae detenus tradidimus obstat quamuis 1º aspectu fortiter urgeat nobile in hoc tractatu responsum Scaeuolae in L. Scaeuola 7 b in fine ff. ad SC. Trebell. ubi docemur substitutionem pupill. quae ut directa valere non potuit quia codicillis facta fuit § codici. instituti. de codicill. sustineri ut fideicommissariam sive valere iure fideicommissi pupillaris relicti a matre herede ab instestato filij intra pubertatem morientis: Et si plures fuerint substituti dati pupillo et in eisdem codicill. directo sint in vulg. casus inter se inuicem substituti eam etiam substitutionem conseruari, sive valere in fideicommissaria pupill. ad quam directa pupill. reducitur. Ideo quod si ex substitutis unus ante quam pupill. casus existat nempe vivo pupillo decesserit, totum ius et emolumentum fideicommissarie pupill. ad eos substitutos, qui supersint pertinere, et consequenter partem substituti decedentis ante conditionem fideicommissi pupill. ad heredem eius non transmitti atque ita substitutionem pupill. sive

fideicõmissum in quo illa conuertitur, sub conditione illa si impubes decesserit relictum conditionale ee, sicut et expressum est in l. ita tamen 27 §. a patre 4, ibi cum quo sub conditione fideicõmissum datum est, iuncta l. sed et si ante 10. ff. ad sc. trebell.

Sane Emanuel Costa in cap. si pater 3 p. verbo de filio ad filiam n.º 23. et verbo interdum n.º 34 de test. lib. 6.º quamuis aliud agens, et agitans, tamen motus autoritate textus in d. l. heredis 7. §. tractari, affirmare non dubitauit (noua quae et peregrina sententia vocant) fideicõmissum illud in quod conuertitur substitutio pupill. in d. l. secunda 7 b. non ee condicionale, sed purum, et quod suo iure cedat a morte patris testatoris, etiam viuo pupillo quia cum pater non possit fideicõmissum relinquere a legitimo herede pupilli nisi in casum quo filius impubes decesserit l. quod fideicõmissum g. 3 ff. de leg. 1.º et legitimus heres pupilli eo iure onerari praestetque, quo si substitutus pupillo fuisset l. ab herede 1 z b. vers. ergo ff. de leg. 1.º conditio illa, si impubes decesserit inerat fideicõmisso perinde ac pupill. subst. etiam si non exprimeretur, vt in d.º § tractari iuncta l. si dies 21 § ult. l. si filio 22 § 1.º ff. quando dies leg. cedat, et tamen affirmat Costa non transmitti partem fideicõmissi ad heredem decedentis viuo pupillo quia morte eius substituti extitit conditio vulgaris reciprocae substitutionis inter substitutos pupillares factae in vulgarem casum nempe si ex illis aliquis heres non esset, et ideo ceteri substituti utpote ex voluntate expressa testantis in eum casum praeferuntur in p.te decedenti heredi eiusdem iuris transmissionis arg. ex l. 2. §. si duo

ff. de bon. poss. secundum Tab. Ex adverso autem habet D. decade 31. lib. 6. n.° 11. distinguit inter substitutionem pupillarem et fideicommissum de quo in D. L. scevola 76. quippe substitu. pupill. cum sit testam.tum filij, inest iure ea conditio scilicet si hic is de cuius testam.to pupill. et hereditate agitur impubes decesserit et ideo non est conditionalis substitutio D. §. tractari. At fideicommissum illud in qua substitutio redigitur in D. L. scevola 76. Neque testam.tum filij est quia in ea specie intestatus decedit neque censetur filius id fideicommissum relinquere ut vel ex eo apparet quia si filius censeretur relinquere valeret etiam relictum a legitimo herede filij exheredati quoniam et ab eo filius ipse exheredatus posset relinquere, et tamen relictum a legitimo herede exheredati non valet utpote quia non filius sed pater relinquit L. plane 94 ff. de leg. 1.° Quapropter in fideicommisso de quo in D. L. scevola 76. efficit id conditionale, conditio illa si impubes decesserit utpote quae iure non inest fideicommisso, quod pater relinquit et consequenter operatur ut praes vivo pupillo morientis ad heredem eius non transmittatur.

Nobis si ingenue
45 et vere censendum est, neutra ex duabus propositis interpretationibus, aut apposita iuris rationi aut idonea rei explicandae videtur. Et inprimis quod ad assertionem Emanuelis ut omittam obstare ei ad hunc textum in D. L. ita tamen 27 §. a patre 4.° in verbis sup.a relatis ff. ad SC. Trebell. Peccat ille inconspecte dum supponit conditionem si impubes decesserit perinde iure inesse fideicommisso relicto ab herede filij ab intestato atque substitutioni pupill. Nam e contrario verius est inesse iure eam conditionem substitutioni pupillari directe quia nec valere iure

potest nisi in eum casum, quo impubes decedat L. 2. §. Verbis. 7. L. in pupill. 14 Socin. non autem in esse fideicommisso quoque id non tantum in eum casum quo impubes decesserit sed etiam in eum quo pubes moriatur relinqui ab ipso filio potest et debetur a legitimo herede filij nisi exheredatus filius fuerit, ut exprimitur in L. cohæredi 41. §. 3 si herede 3. Vers. Necessario et Vers. et ideo Socin. quin et ab ipso herede filij instituti et post pubertatem morientis si relinquatur, sustinetur tanquam ab herede heredis benigno iure L. si fuerit 5 §. 1. ff. de leg. 3. Nec contrarium, sed diversum est quod expendit Emanuel Costa ex d. L. quod fideicommissum 93. d. L. ab exheredati 126. ff. de leg. 1. quippe in d. L. 93 non negatur posse patrem fideicommittere heredis ab instestato filij etiam in casum quo filius pubes decedat, sed duntaxat dicitur eo casu, quo fideicommissum relictum sit a legitimo herede sub conditione illa expressa, si impubes decesserit evanescere fideicommissum pubertate, non quia ultra eam iure relinqui non potuit sed quia ita relictum fuit, ut usque ad pubertatem valere. Sic etiam in d. L. 126. solum dicitur legitimum heredem filij exheredati non posse a patre onerari fideicommisso (scilicet si nihil exheredato pater reliquerit) nam si reliquerit onerari potuit usque ad quantitatem relicti d. L. cohæredi 41 §. 3. si herede Vers. et ideo L. plane 94 ff. de leg. 1. d. L. si fuerit 5. §. 1. ff. de leg. 3 Ante constitutionem Iustiniani in L. cum quidam 24 C. de leg. L. quidam 31 C. de fideicommissis) quia neque substitutus exheredati potest legatis onerari nisi ipse, aut exheredatus patri ex eius iudicio heres extiterit L. q. fundum 87 §. quod filio 7. Vers. Nec huic contrarium

L. in ratione 11 §. ult. ff. ad leg. fal. L. Miles 41 §. similes 3. ff. de test. mil. L. ult. in prin. et §. primo ff. de leg. 3°. et legitimi heredes e converso ex ratione fideicommissa ab intestato prestare coguntur, quasi scripti fuissent scilicet heredes, dataque eis a testatore hereditas illa, cum posset non ademit ex ratione L. 3. L. conficiuntur 8. §. 1°. ff. de iur. Codicill. L. 1. §. sciendum 6. ff. de leg. 3°. Unde quemadmodum substitutus exheredati quamvis hereditatem filij accipiat, nisi tamen preterea patri heres extiterit non oneratur legatis, ita nec exheredati legitimus heres fideicommissis nisi quando et quatenus ultra hereditatem exheredati aliquid a patre acceperit. d. L. planeque 4 iuxta quam explicanda d. L. ab exheredati 126. in qua, ut iam constat, non probatur non posse legitimum heredem filij etiam exheredati onerari fideicommisso usque ad quantitatem relicti a patre etiam quo casu filius pubes decedat quamvis substitutus pupill. onerari in eum casum non possit quia comparatio substituti, et legitimi heredis in d. L. 126. ad alium effectum pertinet quem iam exposuimus, sed e contrario Antonius Faber quamvis ad legem proximius accedat, circa eam tamen potius quam in ipsa est, sabitque. substitutionis colore dum ex eo argumentatur non censerit filium ipsum relinquere fideicommissum a legitimo herede ipsius, quasi si ita censeretur. Valeret relictum a legitimo herede exheredati, utpote cum ab eo posset ipse exheredatus relinquere: Namque imo potius si argumentatio fabriana esset, valeret relictum legatum a substituto exheredati, utpote cum cum substitutio filij sit testamentum, atque ita filius ipse relinquat, et tamen non valere constat ex d. L. ab exheredati 126. in prin. cuius supra laudatis, et e converso valet fideicom. a legitimo exheredati usque ad quantitatem quam ille accepit a patre quamvis non filius

Testamentum

D. pater relinquat D. L. cohaeredi 41 § 9 si haeredes in fine, D. si fuerit 5. § 1. Deinde ne res explicat aliter explicatio quia quamvis fateamur, quod verum est fideicom. de quo in D. l. § sceuola 76 non esse testam. filij. Tamen si alia ratione Conditio illa si impubes decesserit iure inesset fideicommisso quia sine illa valere non posset, ut Costa voluit, fatendum esset non esse id Conditionale iuxta leges Conditiones 99 ff. de Condi. et demonst. cum supra adductis n. 11.

Quare his et L6 si quae aliae sunt similes interpretationibus omissis, ut iam propria nova quae forsitan proponamus quae ex nuper contra Emanuelem Costa traditis facile elucet, affirmamus breviter fideicom. illud in quo pupill. substi. conuertitur in D. l. sceuola 76. esse Conditionale quia quamvis ibi substineatur tanquam relictum sub illa forma Conditionis, si impubes decesserit, quae substitutionem Conditionalem non facit quia ei iure inest, utpote cum ultra pubertatem substitui iure directo non possit: Tamen in fideicom. contrarie, quoniam id potuit, et ab ipso filio etiam in casum, quo pubes moreretur relinqui stricto iure sic ut debeatur a legitimo haerede filij iam puberis D. L. cohaeredi 41 § 9 si haeredes vers. neque aliud. et immediate a legitimo haerede filij instituti, etiam post pubertatem, tanquam ab haerede haeredis patris benigno iure D. L. si fuerit 5. § 1. Et consequenter fideicommisso non inest iure illa Conditio si impubes decesserit utpote sine qua et in casum quo post pubertatem decesserit relinqui iure potuit. Sine quo distinguitur a leg. relicto a substituto pupill. quod purum est quia inest ei eadem Conditio quae substitutioni D. L. 7. § tractari ff. quand dies leg.

cedat. Unde et ut exemplo rem illustremus quemadmodum leg. relictum ita, cum heres moritur, conditionale est, et legatarius ante heredem mortuus non transmittit ad heredem legatarii, l. heres 79. § 1. ff. de cond. et demonstra. l. 4. iuncta l. si filio 22. ff. quand. die. leg. cedat; ita et fideicommissum quod in d. l. 76. intelligitur relictum sub conditione si filius idemque patris heres impubes moritur est conditionale, et fideicommissario ante filium heredem mortuo ad heredem fideicommissarii non transmittitur sed ad reliquos in fideicommisso substitutos. idcirco ante nec difficultatem explicatu dignam mittamus ex eoque substitutionem in fideicom. valere scribit, veluti infert Scevola uno mortuo totum ad superstitis pertinere, atqui ita sentit pertinere ex vi substitutionis cum tamen etiam sine ea pertinere debere videtur ex iure accrescendi, quoniam ut in hoc iure Costa in d. cap. si pater 3. ff. verbo interdum n. 30 ius accrescendi excludere saltem eo casu, quo unus ille mortuus fuisset post testamentum vivo testatore constitueretur pars illius in causa caduci fiscoque deferretur iuxta sententiam veteris iuris in leg. et fidei. l. uni. § et cum triplici vers. vel vivo, et § pro secundo C. de cadu. toll. et tamen eo etiam casu substitutio fiscum excluderet d. l. unica in princ. vers. sed et ipsis atqui ita cum Scevola non exprimat tempus, quo unus ille mortuus sit, sed indistincte affirmet uno mortuo totum ad superstites pertinere, merito se refert ad vim substitutionis, cuius iure totum ad eos pertinet etiam illo casu quo non pertineret ex iure accrescendi quia a fisco excluderetur: quomodo sane alii interpretabat textum in leg. a

25 juncta l. filius 24 ff. de vulg. et pup. in comenta-
riis ad leges Julia et Papia 3. p. cap. 2. n. 16.

Enim- 47

vero ut antequam scaevola dimittamus, pro ungetiam eius res-
ponsi parte in d. l. scaevola 76. in hoc substitutionum trac-
tatu celebrem, lectamque magis multis, quam recte intellecta
nova forsitan, et ex propositis deducta interpretatione do-
nemus, praemittimus in obscuro semper fuisse cur in d. l.
76. substitutio pupill. directa inutiliter codicillis facta
substineatur iure fideicommissi benigna interpretatione, et
quaenam ratio eius benignitatis sit. Omittimus autem in primis
interpretationem Acc. in ratio institutio. Gl. a prin. de vulg.
subst. et aliorum apud Bart. in d. l. scaevola 76. quos
defendere conatur Costa in d. cap. si pater 3 p. verbo interdum
n. 3. ut scilicet substitutio in d. l. 76. ideo substineatur
iure fideicommissi, quia fuit facta per verbum substituo, quod
commune esse etiam fideicommissariae dispositioni, neque om-
nino directum, et imperativum deduci solet ex l. iam hoc
iure 4. § sed si alteri. hoc tit. qui tamen convincuntur.
Tunc quia assertio illa de communi verbo substituo, non
probatur in d. l. iam hoc iure 4 § sed et si alter. ibi com-
mune appellatur non verbum substituo, sed verbum invi-
cem, quod convenit, et commune est substitutioni directae reci-
procae utriusque filii in vulgari casu. Ut recte intelligunt
novissimi omnes ibi et prae ceteris Faber lib. 15. coniectura-
rum, cap. 10. et de err. deca. 34. err. 2. n. 8. Sanfor.
Seguinus ad Fabrum lib. 2. tract. 6. quaest. 3. Tunc etiam quia
si admitteremus substitutionem ibi factam verbo substituo

et id esse commune fideicom. valeret substitutio. tanquam fideicommissaria sine ullo recursu benignitatis ad quam tamen recurrit Scaevola in d. l. 76. Mittimus et interpretationem Cuiac. lib. 11 obser. cap. 25. quam ante eum tradidit post Christophorum Castellion Raphael Fulgosius in l. 2. § si idem. C. de codicill. Viglius in prin. institutionum n. 4 de vulg. et probavit tandem illigerius ad Donellum lib. 7. cap. 17. littera, C, afirmans benignitatis causa per quam iure fideicommissi conservatur substitutio, tam pupill. quam reciproca inter substitutos in d. l. 76. esse et duorum et contemplatione pupilli. Nanque huic interpretationi magnis licet accademico antecessori quondam probatae repugnat, primum quia cum per fideicommissum illud non fiat, ut pupillus heredes testamentarios habeat, in quo totus favor pupill. subst. solet consistere l. Iulianus § 2. vers. quam sent.a ff. de adqui. hereditate dici non potest cur magis favorabile pupillo sit abintestato decedente hereditatem suam fideicommissarijs forsitan extraneis restitui, quam apud matrem suam remanere: repugnat et 2.o quia si pupilli favore conservaretur substitutio in d. l. 76. conservanda etiam esset alijs cassibus; quibus inutiliter fit, et in quibus idem pupilli favor versatur. veluti quando impuberi emancipato vel extraneo sive eius mortis tempore in potestate non fuit substituitur, quibus tamen cassibus non conservatur. l. 2. l. cohaeredi § 1. § cum filio. hoc tit. quo secundo argumento refellitur, et alia interpretatio causam benignitatis non tam in favore pupilli, quam in conservatione supremae voluntatis paternae collocans, quia tamen si ita esset conservaretur etiam ubicunque inutilis esset substitutio

a patre facta filio contra legem Verbis 7. cum similibus
Goetho l. nemo 55. ff. de leg. 1°): Quæ interpretatio
fuit Aretini in D. L. Verbis 7 (Donelli D. lib. 4. cap.
17 quos tacito nomine notat faber lib. 15. coniect. cap.
14.

Nec felicior in re explicanda idem faber quamvis 18
laudatus Hyperbolice Sigilfordequiro D. lib. 2. trac. 6.
quæst. 4, dum docet quod quamvis regulariter institutio subti-
tutione facta in Codicillis abintestato conditis, subs-
tineatur iure fideicommissi l. illud 13. § 1°. l. 2. § ult. ff.
de iure codicill. iuncta l. Lucius 88. § ult. ff. de leg. 2. non tamen
etiam fideicommissi iure valet si fiat codicillis testamentarijs
sive, qui ex testamento pendent. l. non idcirco 4. C. de Codicillis
l. pen. § 1°. ff. de cond. insti. l. Divi 6 iuncta ratione et
regula l. quod per manus 10. l. abintestato 16. ff. de iure codicill.
et ideo cum Codicilli in D. l. Sceuola 76. fuerint testamentarij
nempe patris qui testamentum fecerat non filij qui intestatus decessit non
potuit secundum iuris regulas defendi substitutio iure fidei-
commissi sed ex benigna interpretatione cuius benignitatis f-
-rationem ex eo faber deducit, quia cum pater potuerit vel substituendo
valide filio, adimere eius hereditatem matri heredi legitimæ
l. Papinianus 8. § sed nec impuberis ff. de inoffic. vel
fideicommissum totius hereditatis relinquere a legitimo herede
pupilli dummodo in casum, quo impuber decedat, et eo casu
quo sibi testamentum pater fecerit (quomodo hoc utrumque faber
requirit) et in D. l. 76. pater testamentum fecerit sibi et subs-
tituerit in casum, quo impuber decedat, benignum est conservari
substitutionem iure fideicommissi a pupilli legitimo herede

ut pote cum ipse succedat quasi ex tacito iudicio Patris, q(ui) cum posset utiliter substituendo ei hereditatem pupilli adimere non ademit. Non inquam sufficit iis Faber l. quia contra id quod supponit verius est institutionem substitutionemve factam codicillis etiam testamentariis defendi iure fideicomissi ut probat vulgo ignotus neque ignobilis sequens locus in l. cum qs 36. §. Seia 4. ff. de leg. 3o. Conducunt textus in d. l. 2. §. ult. ff. de iure codicill. et l. Lucius 88 §. ult. ff. de leg. 2o. Et commentitiam esse quoad effectum propositum Fabri distinctionem inter codicillos testamentarios, et ab intestato, apparet tum ex l. ult. §. illud 1o vers. nec transducere C. de codicill. ubi indistincte significatur in eo q(ui) codicillos facere voluit regulare esse ut ultima eius voluntas tradatur transferaturve ad causam fideicomissi: tum ex masculla ratione iuris quia si clausula codicillaris sive ut valeat iure codicilli, solet efficere ut testamentum alioquin inutile, et hereditas eo data sustineatur iure fideicomissi d. l. ult. §. illud 1o d. l. Lucius 88. §. ult. l. ex ea 29. §. ult. ff. q(ui) testa. facere possint l. 3. ff. de test. mil. quanto magis id operabitur ipsa codicillorum natura et ius in eo q(ui) codicillos facere voluit, et fecit: quamvis si testamentum facere voluerit neque codicillarem clausulam adiecerit non tradatur institutio inutilis ad fideicomissum non quia codicilli testamentarii sint, sed quia codicillos noluit facere iuxta textus sic explicandos in d. illud 23. §. 1o. iuncta l. 1a. ff. de iure codicill. l. si codicillis 14 C. de testamentis iuncta l. ex testamento 29 C. de fideicomissis l. cohaeredi 41 §. q. si heredem 3. vers. quia ita Gotth. cum simi-

Lib. a fabro adductis, quibus explicandis ita docet et dis-
tingit Bart. communiter receptus in d. l. 2. n.º 2 ff.
de iur. codi. Mendoça de successionis creatione
lib. 3. § 25. n. 19. quamvis quoad speciem d. l. illud
13. § 1.º disentiat Cuia. lib. 19 quest. Papiniani, ibidem
et ad ttm C. de test. Cui tamen satisfacies ex traditis
a Carranza de partu. cap. 2. § 1.º n.º 288. et quod gubernari
sic non posse patrem fideicommittere legitimi heredis pupilli
nisi in casum, quo impubes decedat, falsum est, ut ostendi-
mus supra n.º 55. et quod scribit non posse etiam fideicommittere
nisi sibi testamentum faciat, nullibi probatur, immo improbatur
in l. si fundum 92 § ult. ff. de leg. 1.º 3. denique fabria-
na ratio benignitatis convincitur ex eo quod assumptio
illa ad quam refertur, nempe posse fideicommitti heredis
abintestato quia ei datur hereditas dum non adimitur, non ex be-
nignitate sed ex regula et ratione iuris. l. 3. l. conficiuntur §
§ 1.º ff. de iure codicill. l. 1. § sciendum 6. ff. de leg. 3.º tum
etiam quia si ea ratio vera esset, conservanda etiam foret iure
fideicommissi quaecumque inutiliter facta pupill. subst. in qua
eadem ratio illa militat, quia pater inutiliter substituendo dat he-
redi abintestato dum non adimit pupilli hereditatem, et tamen
extra speciem dicta l. 76. constat non conservari d. l. coheredi
41 § cum filium hoc tt.º

Quare omissis et aliis interpretationibus 49
quarum meminit Didacus Spino de test. glossa 32. principali
n. 23 et sequentibus, omissa et vulgari suppositione quam
posuit multos ex classicis practicisque. Plerique Accademici ante-
cessores secuti existimantes illud ipsum benigna interpreta-

tione fieri, ut substitutio in codicillis intelligatr secundum
subiectam mam. Atq. ita iure fideicomissi, ut ex D. l. 76.
Docent, et deducunt Cumanus ibi Ripa in l. Ex facto 17 n. 1.
ad SC. Trebell. Gometius in l. 24 Tauri n. 5. et 8. tomo
Variarum Cap. 4 n. 6. ibi Suarez in additionibus n. 31. Parla-
dorius 3. tom. differentia 14 n. 50. Ut ergo Scevolam, si non omni-
no vere (quia difficile in re difficili) saltem probabiliter nec
vulgariter interpretemur statuimus in prijs substitutionem
pupill. in D. l. 76 quamuis directo inutilis sit, quia Codicillis
facta fuit, ut Scevola supponit, tamen conservandam
fuisse iure fideicomissi ex regula, et ratione iuris qua
sup.a contra falsum obtendimus institutionem factam Codi-
llis siue ab intestato, siue testamentarijs trahi, et transfer-
ri ad causam fideicomissi. D. l. cum qs 38. § Seia ff.
de leg. 3. D. l. 2. § ult. l. illud 13. § 1. ff. de iure
Codicill. D. l. ult. § 1. vers. nec transducere C. de codicill.
Cum sup.a laudatis neq. ad hanc conservationem cum iuris
ordinarij et comunis sit, sine ubi aliud obstaret necessariam
fuisse benignam interpretationem etiam si heredi legitimo pre-
iudicaretur. D. l. illud 13. § 1. Plane ut in quo necessaria
benignitas fuerit, explicemus observandum e, obligationem
fideicomissi per q. ibi substitutio conservatr incipere n. in per-
sona pupilli q. ex asse heres patris fuit, ut Scevola in prio
tono ponit, sed post mortem pupilli in matre legitima herede eius-
dem. Atq. ita in herede heredis. Neq. aliter aliom modo fi-
deicomissum intelligi posse in D. l. 76. quia cum pupill. subst.
sit testamentum pupilli ex quo hereditas eius defertr. D. l. Pap.
8. § sed nec impuberis ff. de inoffic. et pro inde q. pupilli

fauore, n. oniis continet. D. L. iuli. 4e Vers. quia sent.a
ff. q. C. adqui. hered. et q. n. incipit, neq.a substituto
defert hereditatem, nisi post mortem pupilli, quando hereditas
eius incipit. l. 2. § interdum hoc tit. si fideicommissum in q.
substitutio conuertitur, sic intelligeretur ut obligatio eius
inciperet in pa. pupilli quamuis in ultimo vitae eius momento
onerarit pupillus, magis quam substituta et deferretur
fideicommissum substituto ante id tempus, quo eidem defe-
renda erat hereditas ex directa substitutione, si
valuisset, quoniam utrumque esset o voluntate testantis
et iuris ratione. Ergo hoc supposito, quod fideicommissi
obligatio in D. L. 7 necessario incipere debeat in matre
herede pupilli heredis patris, apparet n. posse id fieri,
sine benigna interpretatione, quoniam iuris Ciuilis
stricta ratio, et regula antiqua n. patitur obligationes
et legata post mortem primi heredis sine in herede heredis
inciperet. Iesta ibi in frag. tit. 24. § post mortem, 16. Caio
Lib. 2. institu. tit. 7. § praeterea. Vers. item quamuis, Pau-
lo Lib. 3. Sent. tit. 6. § post mortem s. cum § sequent. L.
scrupulosam C. de contra. stipul. L. vni. C. ut actio-
nes ab heredibus etc.a L. in dubium. 8. C. Theo. de diuer-
sis rescriptis, § post mortem 35. institut. de legatis,
et quamuis obtinuerit fideicommissa etiam post mortem
heredis, et ab herede heredis posse relinqui, id tamen
fuit, quia fideicommissa n. ex rigore iuris ciuilis, sed
ex voluntate deffuncti benigne sustinentur. Iesta
Ulp. tit. 25. in principio, et § fideicommissum, 8. eiusdem
tit. sed n. usque 3. instituti. de leg. ideoque ut valeat

fideicomissum ab herede heredis, benignum ee scriptum ex in l. si fuerit s. § 1. ff. de leg. 3o. iuxta quam textum dicunt supplenda, et subaudienda e, ea benignitatis ratio ubicunque in fideicom. ab herede heredis ea omittitur aut minus exprimitur, ut apud Caium D. lib. 2. tit. 7. § praeterea vers. itaque quis, et in l. si fundum quaesitum ff. de leg. 1o. ita et explicanda e ubi exprimitur, ut in D. l. 76. ubi utique concludamus, benigna interpretatio in eo e, ut conservatio substitutionis inutiliter codicillis facta sit per fideicomissum, cuius obligatio incipiat in matre herede heredis.

20 Cui interpretationi in primis favent Scevolae verba signanter relata ad obligationem fideicomissi in matre herede pupilli incipientem in D. l. 76. ibi benigna interpretatione placet, ut mater, quae ab intestato pupillo successit, substitutis fideicomisso obligetur. secundo et fauet q. in vers. q. si inveniat ut affirmet Scevola substitutionem reciprocam codicillis factam in hereditate directo deferenda ex substitutione pupill. substitutis pupillaribus (scilicet in vulg. casum, ita ut quicumque ex eis heres non esset ceteri heredes essent) valere et in fideicomissaria hered. in quam directa pupill. convertitur, nullo benignitatis praetextu utitur. sed simpliciter et secure affirmat et in fideicomisso substitutionem valere, nimirum quia ad huius effectum non erat necesse, ut aliqua nova obligatio in herede heredis inciperet, sed ut substitutio vulg. reciproca quae in directa pupill. hereditate inutiliter codicillis facta fuerat valeret tanquam facta ex natura codicillorum in fideicomisso in quam pupill. subst. convertitur, et in quo vulgariter

et reciproce substitui in fideicomissarijs potest. L. ut heredibus. 50. ff. de leg. 2o L. un. §. sin autem 7 vers. quod si in medio C. de cad. toll. 3o Fovet firmatque superiora nec poenitendae observationis est q. papinianus in l. cohaeredi 41. §. q. si haeredes. Goth. legitimum haeredem filij obligari fideicomisso relicto a patre etiam in casum, quo iam pubes filius moriatur. supponit placuisse, et quidem sine ullo benignitatis auxilio, idcirco scilicet qa. apud Scevolam in D. L. 76. interpretamur non potuisse fideicomissum illud nisi in haerede haeredis incipere, ne alioquin aut oneresium pupillo, aut vulgaris substitutio esset, quae directa pupill. subst. quae codicillis facta fuerat, ut supra Docuimus. E contrario autem apud Papinianum nulla substitutione directa filio facta pater filium ipsum oneravit fideicomissum, ut constat ex verbis illis, q. si haeredem filium pater rogaverit, et ex illis ut ab impubere fideicomisso post mortem eius dato. Atque ita in ipso filio 1o haerede cum moreretur. et consequenter. eo adhuc vivo. L. q. duos 18. §. 1o ff. de man. test. obligatio fideicomissi cepit, quae a filio transit ad filij haeredem legitimum q. fideicomissum post mortem filij restituit, eo quo sensu et respectu compulsionis, et restitutionis fideicomissum ab impubere post mortem eius datum dicitur a Papi. in verbis iam relatis, quemadmodum eodem sensu, et respectu Scevola in L. uxori 41 §. Scevola ff. de leg. 3o fideicomissum relictum ab haerede cum volet, supponit sine benignitatis ope valere nempe, qa obligatio eius incipit in haerede moriente et proinde eo vivo, L. ult. ff. q. sine manumissione. L. ult. ff. quando dies leg. cedat quamvis restitutio et compulsio incipiat in haerede

Heredis eaque respectu Conrrat. datum post Mortem s. heredis ut Claudius Nottauit in D. § Scæuola, quem sic Exposuimus in L. 1. n. 20. ff. de leg. 2.º Costa lib. 1.º Select. Cap. Ult. n. 11. quemadmodum denique Ulp. in L. 1. § si ab ipso 19. ff. de col. bono. fideicomissum relictum á patre herede instituto cum moriet. scribit Utile esse, et quidem Ex iure certo non benigno scilicet quia obligatio incipit in patre herede, cum moritur. atque ita dum ad huc Viuit quamuis quoad effectum restitutionis perinde sit ac si post Mortem patris relictum foret, et ideo non conferatur. L. pen. ff. de col. bon. 4.º Denique ut Expeditior interpretatio nostra maneat ad Dictam L. 76. Obseruasse opportebit Legata et fideicomissa relicta á Substituto pupill. etiam sub conditione Expressa cum impubes Morietur. aut post Mortem impuberis, Valere mero iure, sine benigna interpretatione D. L. heredis 7 § Tractari ff. quand. Dies Leg. cedat. quamuis obligatio eorum incipiat non in pupillo, sed in substituto. L. in ratione 11 § 9. Vulg. ff. ad L. falci. et quamuis substitutus pupilli á patre instituti sit heres heredis patris, Nimirum quoniam ea Legata, et fideicomissa quamuis patris iudicio relicta sint, deferuntur tamen tanquam relicta filij tt.º qui est pupill. subst. D. L. Pap. 8. § sed nec impuberis, atque ita iuris intellectu filius ipse a s.º suo herede scilicet substituto, non pater ab herede heredis relinquit: Aliter atque fideicomissum relictum tt.º aut Codicillis patris ab herede Legitimo filij quo casu cum non sit tt.um aliquod filij, in quo ipse relinquere intelligatur. fatendum est patrem ipsum ab herede filij heredis sui relinquere, et consequenter non Valere nisi benigno iure D. L. si fuerit 5. § 1.º D. L. Scæuola.

19 Vero, ut ex dicto articulo interpretationis Scaevolae in D. l. 76. quae diutius nos tenuit torsitque, regrediamur ad regiam rectam que viam disputationis nostrae superest explicandum circa assertionem illam propositam n. 11. et sequent. Nempe substitutionem pupill. non esse conditionalem sed puram; expensum in contrarium supra n. 13. in fin. Iuli. locus in l. ita tamen 27 §. a patre 4. vers. 1. ff. ad SC. Trebell. ubi affirmatur fideicommissum relictum a substituto pupillari esse conditionale a D. l. Generis 7. §. tradari: sed explosa affirmatione illa in D. §. a patre 4. verbo sub conditione agnoscenti rationem illam traditam in D. vers. 1. non esse sufficientem et Cuia. ibi de lib. 40 offic. Iuli. et in l. apud 11. §. Verum ff. ad S.C. Trebell. notantis eam de ratione tanquam infirmam et imbecillam, ideoque omissam a Ulp. eandem Iuli. sententiam et 2am eius rationem referente in l. 2. §. interdum Goctt. quoniam si 2a ratio non obstaret etiam si conditionale fideicommissum esset, compellendus heres erat adire ex reg. D. l. apud 11. §. Verum. vers. Antistia. l. ille a quo 13. l. si cui pure 31. l. si patronis 55. §. quid ergo vers. nam si pendente ff. S.C. Trebell. (unde et 2a graviorque difficultas D. §. a patre resurgit) explosa etiam oppinione Cautheris in D. §. a patre q. ut parte secundam difficultatem effugiat, supponit ibi substitutum exheredati fuisse a patre institutum ex parte dato ei coherede in alia parte et ideo cessare compulsionem ut in l. sed cum 12. iuncta l. si heres 52. §. ult. cum l. sequent. ubi Cuia. lib. 19. et 20. quaest. Papiniani ad SC. Trebell. quae tamen suppositio, quoad D. §. a patre et divinatoria est et falsa, ut constat ex sequent. §. q. si duo

21 s. Reiecta Deniq. Donell. sent.a lib. 7 Com. cap. 229. Coactus auctoritate D. §. a patre pro regula ex eo deducit, re:
ieq. in fideicomisso conditionali n'ee locum compulsioni
nisi quoties libertas etiam et hereditas per fideicomissum sub
conditione data e. ut in D. l. apud 11 § ult. quam tamen Donell.
existimationem recte refutat ex D. l. ille a quo 13 et ex
l. cogi 16. §. si pater iuncta l. tibi pure 19 ff. ad S.C. Trebell.
illigerus in Donelli notis D. cap. 22 lit. L. respondendum
potius e quoad priorem difficultatem fideicomissum illud in D. §.
a patre dici sub conditione relictum n' qa conditionale proprie
sit, q. si esset n' transmitteretur ad heredem fideicomissarij mortui
vivo pupillo, et tamen transmittitur D. l. heredis 7 § tractari
l. 1. ff. quando dies leg. sed sub conditione relictum dicitur
qa quamuis purum sit, tamen relinquitur sub forma conditionis
ut in re simili loquitur Caius in l. aliquando 107 ff.
de cond. et demonst. Paulus in l. si dies 21 § ult. ff.
quando dies leg. Nempe in casum illum quo hereditas
pupilli ex substitutione ad institutum peruenerit, ut in D.
§. a patre. ibi, que ad eum ex substitutione peruenerit, qui
casus siue conditio pupill. substi. quamuis tacite et sua
insit qa tamen sub forma conditionis exprimitur, conditio
appellatur. ut in D. §. tractari in fin. l. si filio 22 §. 1.o et ult.
ff. quando dies leg. D. l. aliquando 107. l. conditiones 99
ff. de condi. et demonst.

22 Deinde quoad secundam difficulta-
tem dicendum e. rationem propositam in D. § a patre vers. l[ui]?
idoneam sufficientem q. intra terminos eius textus, ut quamuis
fideicom.issum illud proprie conditionale n' fuerit, tamen

Ex eo solo q. sub conditione tacita, si hereditas pupilli ad substitutum pervenerit relictum e recte ratiocinatur, sulia. probetq. n esse compellendum substitutum vivo pupillo. hereditatem patris adire, nimirum q.a conditio illa saltem mora et dilatione induxit facitq. ut fideicommissum quamvis purum, seu n conditionale censeatur tamen dilatum in diem incertum mortis pupilli, neq. incipiat nisi ex die conditionis et casu illo substitutionis pupill. ut de ea diximus sup.a n. 12. in fin. plane n solum in fideicom. proprie conditionalibus sed etiam in relictis ex die incerto, vel conditione ratio et reg. antiqui iuris fuit, nisi dies in gratiam heredis expressus sit L. post mortem se c. de fideicom. quam ita exponit noster D. Ioannes de la rea 1.o tom. decis. granatensium cap. 50 n. 47. et decis. 15. n. 8. et 10. n posse ante diem vel conditionem restitui, et ideo, neq. interim cōpelli heredem adire. l. sed et si ante 10 ff. ad SC. Trebell. quam reg. quamvis cessaret in relictis in diem certum, l. 1. ff. sed et quotiens q. L. recusare 6. § tit. L. cogi 16. § cum quidam 7. ff. eodem tit. quibus conciliandis cum D. L. sed si ante 10, ita distinguit post alios Donell. lib. 7. commentariorum cap. 10. et praeterea limitata sit ea regula in fideicommissis conditionalibus vel ex die incerto, relictis quando agitur de cōpellendo herede, ut adeat, eam ipsam hereditatem, quam restituturus e, ad quos terminos pertinet Antoninipii constitutio in D. L. apud 11. §. tit. D. L. ille 13. D. L. sicui parte 31 ad SC. Trebell. iunctis traditis ab Ant.o Fabro lib. 18 coniect. cap. 7. cum sequent. permansit tamen indelibata ea reg. neq. propter fideicommissum unius hereditatis relictum ex die incerto vel conditione

Compensatam ante Diem vel conditionem adire aliam hereditatem de qua rogatus non est ut in D. § a patre ibi ideo non cogitur substitutus adire hereditatem Patris ante conditionem Mortis pupilli sub qua fideicommissum hered. pupill. relictum est ut sentit itti gerius ad Donell. D. lib. 7. cap. 22. litera L, atque eo modo accepta rectissima est Iulia. ratio in D. vers. 1am. quamquam et in casu quo sine conditione et dilatione illa relictum fideicommissum proponeretur, alia ratione in vers. deinde confirmat et veluti muniat Iulia. suo et oratorio more, ut in l. si sine 22. § quod si procurator per Iudicem ff. rata rem haberi, ibi Cuiacius lib. 56 ff. Iulia.

23 Leviores sane ad rem opere et explicationis sunt adducti a assertione nostra et pro communi sup.a nostra textus alioquin difficiles in l. cohaeredi 41 § cohaeres 6. Gotth. l. 5. § id quod ex substitutione 13. l. in ratione 11. § quod vulgo infin. ff. ad leg. Falcidiam, in quibus institutus 1° gradu et substitutus vulgariter, cohaeredi, aut pupillariter filio impuberi comparatur instituto ex parte pure, ex parte sub conditione, et in D. § cohaeres 6. vers. non idem significatur pupill. substitutus qui non est 1° gradu a patre institutus, est plane institutus sub conditione et in D. § quod vulgo infin. legata relicta in tabulis pupill. intelligit relicta in patris tab. sub conditione, sed quamquam hi precipue loci et prae ceteris contextus D. § quod vulgo deceperit vulgares interpretes et praeter laudatos D. n. 10. Duarenum ad Iunctos cap. 10 Costam in Cap. si pater l. p. verbo si decederet n. 10. et 11 de testam. lib. 6. Belonium de iure accrescendi cap. 7. quaest. 41 n. 26. ut pro explorato haberent substitutiones esse conditionales, tamen expedite respondetur quod in his locis non probari

quim.

quis pupillis contrarium obrendi dicitur de instituto eodem que
substituto esse eum similem instituto ex parte pure, ex parte sub condici-
one D. § coheres, D. § idemque ex subst. et de substituto qui est
2° gradu institutus non dicitur plane et simpliciter esse institutum sed sub
conditione, sed plane quasi D. § coheres vers. videri et legata
tabulis pupill. intelligi relicta primis quasi sub conditione
D. § q. vulgo § infin. Constat autem similem non esse idem § inter
eas institutionem de vulg. iunctis notatis in L. q. Neruia Bar
ff. de posit. et voce quasi esse nota improprietatis L. idte pupi
14 § ult. ff. de usucap. et similitudine improprietatem q. cum
non possit agnosci in parte in qua pure institutus est qua id non improprie
sed vere dicitur. agnoscenda necessario esse in parte in qua qui substitutus
est comparatur instituto sub conditione D. § coheres. D. § idque ad
ex substitutione. Plane similitudo et comparatio eo pertinent
ut quemadmodum in uno instituto ex parte pure, ex parte sub condi-
cione, quamvis una pars legatis exausta, vel onerata, et alia
integra sit, tamen portiones miscentur confunduntur et contri-
buuntur, et utriusque simul partis quantitas attenditur, ut respectu
utriusque falcidia quartam deducat D. L. in ratione 11 § quaesitum
vers. et alia, L. q. fundum 87 § situ ex parte vers. legat. ff. ad
L. falcidiam et contributio portionum quoad falcidiam in inst-
ituto ex parte eodem q. substituto in alia parte vel in tutela cassum
cuicumque coheredi ut in D. § idque ex subst. D. L. q. fundum 87
§ q. filium 4 in princ. vel pupillariter coheredi filio impuberi
ubi contributio etiam fit portionum si legata ab eodem instituto
et substituto tam primis, quam secundis tab. relicta sint, D.
§ coheres in princ. quamvis diversum sit si a solo pupillo -

Leg.

Legata relicta proponantr. iuxta textu in D. L. q. pupillus § q. filius Heres sit Hero, atq. sit cōponendus exponendus q. cum D. §. Coheres b. vel denique in alio nō cō Herede et substituto pupillaxitr. in quo similiter contribuuntr. Legata a pupillo et substituto relicta quia quaqui substitutio salte respectu Hereditatis qua deffert nō paternum sed pupillare testamentum sit, L. Pap. 8. §. sed nec impuberis ff. de inoffic. §. igitr. 2.º institutionum de pupillari subst. et legata à substituto diversis tab. neque pupillaribus relinquantr. et ideo inter ea, et relicta ttt.º paterno ius contributionis cessare videretr. sicut ius coniunctionis, et accrescendi cessat intr. legatarios ex diversis tttis L. si sub conditione 10. ff. quibus modis ususfructus amittatr. Tamen cum pupillare et paternum ttum ex uno eodem q. iudicio patris consistant. D. §. igitr. 2.º substitutio, et relicta a substituto in secundis tab. intelliguntr. facta et relicta primis paternis tab. salte quasi sub conditione illa tacita. si impubes decesserit, et ideo contributioni, et iuri accrescendi locus est perinde ac intr. relicta ttt.º patris pure et sub alia conditione. D. § coheres 6 vers. nidem usque ad finem D. §. q. vulgo nō in fin. L in duplicibus 80 ff. ad L. falc. quibus simul cum D. §. idq. ex substitutione intelligendis adi et audi pro multis Unum Nostrum Valencia in ob.º Illustrium Trac. 1.º Cap. 6. et 7. n. 5. et 21 cum sequent. Neq.

24 Neque ad rem magis pertinet obiectio altera, quam pro comuni expendimus sup.ª n. 10. ex L. si ex pluribus q. ff. de suis et legi. L. sed si plures 10. L. Lucius 45. § ttt. L. q habebat 47 hoc tt.º quia vere et breviter respondetr in eis Locis Heredi statum ex substitutione nō transmitti ad Heredem substituti

n qa substitutio sit institutio conditionalis, ut inepte im-
periteq. inde colligunt. Sed qa hereditas n adita ex omni
nusne data et delata sit n transmittitur. l. vn. § in novissim
C. de caduc. toll. illud tandem contra assertionem nostram pertinaci-
ganter captum n insubtilitur. Obijci potest q. quamvis pupill. sub-
stitu. n faciant conditionalem verba illa si impubes decesserit
qa tacite insunt, tamen conditionalem efficere debent verba illa
si heres erit quae illis si impubes decesserit praeponi et coniungi
potent in formula pupill. substitu. ut in nostra l. 2. § institu-
ta, hoc iure § hoctenus principio institutionis et pupillaris
subst. et tangi debent etiam potest ea conditione seu qualitate
ut filius heres sit, intelligi necessario et tacite ex natura
pupill. substi., tu quia filio exheredato in quo neq. intelligi-
tur, neq. exprimitur, ut pote in eo inepta, et exheredationi contra-
ria conditio illa si heres erit, tamen sine ea recte pupil-
lariter substituitur, ut in nostra l. 1. § substituere 2. l.
sed si plures 10. § ad substitutos hoctenus tu etiam quia et in
substitutione pupill. filij instituti omittitur saepe ea formula
conditio q. si heres erit, ut in l. 2. § sed si q. 5. l. q. liberis
8. l. si ita 21. l. q. plures 38. § 1. et 2. l. cohered. 41. § ult.
cum l. sequent. l. ex facto 43. § item hoctenus l. si ita 8. § q.
filio ff. de bon. poss. secundum tab. l. ult. § q. de iure codicil-
laris libert. Caius lib. 2. institu. tt. 7. § pupillaris 8.
et q. magis e quamvis filius heres patris n sit sed hereditatem absti-
neat tamen, eo postea impubere mortuo substitutioni pupill. et
substitutus locus est, l. si pater e multis 2. 8. ff. de excus. aut.
tut. ut l. Iuli. 42. ff. de adq. hered. cum bis rationibus
verba illa si heres erit nec est ei mostanti a pupill. substitu.

Probat et supponit Bart. in l. 2 n° 27 Socti.° et exeisdem ra-
tionib., et Bart. suppositione fatendum videtur verba illa
talia quando exprimuntur, cum exprimantur voluntarie, neque
insint ex naa, aut substantia pupill. subst. efficere eam
conditionalem.

25 Visa potius quam vitata haec difficultas imo nec visa
explicanda enim via Ant.° Fabro de Erro. pragm. Decade 52
Erro. 9. ex n° 55. et Erro. 10. n° 2. et 7, et q. sine mode. tiq
grande pro veritate contra preceptorem dicere liceat) post falsum
venetando preceptori nostro Pichardo ad Inst. tit. cap. 4
n° 53. et cap. 19. n° 51. q utpote aliud agentes Molientes que
movent quidem difficultatem, sed inexplicatam relinquunt, et ratione
non reddita supponunt verba si heres erit non esse de substantia
substitutionis pupill. et tamen conditionem non facere, quae inter se
pugnantia sunt qa conditio quae de substantia actus non est
si sub forma conditionis exprimitur inducit conditionem talem
ut specifice impleri debeat, ut ex l. 9 heredi 44 iuncta l. con-
ditiones 99. ff. de condi. et demonst. argumentatur in pro-
posito contra Bart. Lason, neq. ipse tamen nodum dissoluens
in d. l. 2. n. 27. vers. postremo adverte Socti.° eni quamquam qua-
vis difficultati eludendae dici posset, ideo verba si heres erit
conditionem non inducere qa non ita, sunt verba test.ris pupill. et pupilli
q de se in tertia p.a non loquitur, quam patris profitentis se sub-
stituere filio, eo voto ut sibi heres sit, ut ad rem fere sentit fa-
ber d. err. 9. n. 18. et 25. et in verbis si impubes decesserit
tradidimus sup.a n. 12. tamen si difficultas non eludenda, sed
elidenda penitus e observasse oportebit verba et conditionem

si heres exit quoque in eo exheredato non sint de pupillari
pupill: subst. et facto gimo inepta et contraria, quia in exheredatis
patri heres sit cum heres esse non possit nisi paterno test.to destitutus
aut heres, sed substitutio corruet nisi pro parte test.is rescindatur L. Pap. & § sed nec impuberis in fin. ff. de inoffic.
tamen in substitutione pupill. filij non exheredati
et sub hac conditione si heres sit, quia substitutio talis
non potest. Nam cum substitutus pupill. sit test.is ex quo hereditas
pupilli defertur. D. § sed nec impuberis, § igitur institutionum
de pupill. subst. et non possit substitui pupillariter nisi filijs, aut
nepotibus et alijs liberis qui in potestate substituentis sint, et eo mortuo
in alterius potestate non sint decasuri, d. § 2. L. coheredi § 1 § cum
testat. consequens est non posse substitui nisi illis liberis qui
testatore moriente patrisfamilias, et sui heredes futuri erunt,
utpote a patre non praeteriti, nam si praeteriti essent, recidunt in patris
potestatem atque ita substitutio inutilis fiet d. L. 2 vers. nepotibus. Unde etiam constat substitutionem factam liberis non exheredatis
consistere non posse, nisi illi patri heredes fuerint. Nam si praeteriti
sint test.is simulque substitutio, aut nullum erit filio nato
praeterito, aut rumpetur agnatione postumi, vel quasi agnatione nepotis praeteriti, d. L. 2 vers. nepotibus L. inter 30. ff.
de liberis et post. § postumi cum § sequent. institut. de exheredatione lib. Quod diversum est in substitutione exheredato
facta, quae valere potest etiam si pupillus patri heres non extitit,
quia exheredatus test.um paternum ex quo substitutio pendet
neque nullum facit, neque rumpit, neque per querelam rescindit
nisi de inoffic. agat, et obtineat, ut putauit ...

bon. poss. 3 tab. Si vero instituti sint, et vivo testatore decesserint, erit etiam substitutio inutilis quia vivo patre in eius potestate sunt decedunt. Atque ita utpote filii familias neque hereditatem neque heredem ex sese habere possunt. l. lex Cornelia 2 § vers. si vero hoc l. filiusfamilias 18 ff. ad leg. falcid. Denique si instituti vel uno momento parenti super vixerint necesse est eos utpote ab alio non processos statim ipso iure suos heredes existere. l. in suis 11 ff. de lib. et post. l. in suis 14 ff. de suis et legitimis.

26 Quare ut iam concludamus cum in substitutio liberis non exheredatis sive institutis facta valere possit, et casu quo valitura est, tacite in sit et necessario existitura sit illa conditio, si heredes fuerint, apparet etiam ex ea etiam si exprimatur non fieri substitutionem filiis institutis conditionalem non magis quam ex illa conditione si impubes decesserit ex regula legis conditiones quae ff. de condit. et demonst. Apparet etiam inde evenire, ut quamvis filius patris hereditate se abstineat tamen pupill. substitutioni et substituto locus sit, l. pater familias 2 § 1 ff. de rebus auct. iud. possid. l. in iul. 42 ff. de adquir. hered. non quia conditio si heres erit nec erit de substantia pupill. substit. factae filio instituto, ut perperam Bart. et alii inferebant sed quoniam ea conditio etiam si exprimatur impleta necessario et omnino fuit pupillo suo herede existente cum heres semel fuerit, et iure civili maneat etiam si postea abstineat. l. cum quasi 3 § quod si ff. de fideicom. libert. dicimusque, et in substitutione pupilla exet conditione eam sic accipi ut in effectu heres esse maneat neque abstineat cum ad reliquas aliquis relicta

conservanda suum heredem extitisse sufficiat etiam si postea abs-
tineat D. L. cum quasi 30. § sed etsi suus ro ff. de fideicom. liberta.
L. sciendum 32. ff. de man. testam.^to L. ita tamen 27 § si pater 3^o
ff. ad SC trebell. Nec presumendum sit, patrem, q. exheredato filio
in casum quo ipse neque ipso iure neque effectu heres futurus esset,
substituit, noluisse substituere instituto in casum, quo ipso iure
heres e et permanet quamvis abstineat: sed potius conditionem si
heres erit sic interpretari opportet ex presumpta voluntate testan-
tis ut substitutio eo casu magis conservetur, quam intercidat
arg.^o ex L. quoties 12. ff. de reb. dub. iuncta L. in conditionibus
19. ff. de conditio. et demonstr. quemadmodum ex eadem ratione
in contrarium versat conditionem si heres non erit in subst. vulg.
facta suo heredi sic interpretamur si heres iure et effectu
non erit nempe ut si abstinuerit, qa effectu heres non manet admit-
tatur substitutus atque ita substitutio eo casu valeat potius
quam pereat L. ex contractu 44. ff. de re iudi. L. est Pretor
7. § sed qd. Pap. ff. de min. illud tandem notamus conditionem
hanc si heres erit omitti regulariter a consultis in formula
simplicis pupill. subst. quamvis exprimatur illa si impubes
decesserit, ut in D. L. qd liberis § Gotth. cum Lauxat supra
n.^o 24 in fin. nec proponi conditionem si heres erit nisi in
substit. duplici vulg. et pupill. simul facta ut in nostra L.
1. § 1. L. iam hoc iure 4 in fin. Gotth.^o principio institutionem
de pupill. ideirco scilicet quoniam conditio si impubes dece-
sserit pertinet proprie ad specialem formam pupill. subst. cuiusq.
filio facte vel instituto, vel exheredato, quam ex eo q. sit pupillo
et in casum quo pupillus sive impubes decesserit pupill. vocatur

Conditio autem si heres erit in subst. facta instituto n. tam a de eius forma proprie pertinet, quae ad supponendos terminos habiles, quos praecedere oportet, ut substitutio instituto facta valere possit in casum, quo postea impubes decedat, nec prout filius patri superviniat ei qui heres sit, ut sup.a prodiximus, et ideo haec conditio magis tacite supponitur, quam exprimitur nisi in formula duplicis subst. ubi verba si heres erit in pupill. exprimuntur ut opponantur verbis si heres non erit in vulg. ut in nostra l. 1. § 1. cum iam laudatis.

27 Maneat itaque ex iam longe petitis substitutiones omnes sua natura esse institutiones puras non conditionales et consequenter non ideo minus proprie institutionis appellatione comprehendi in deffinitione nostra et statutis aliisque dispositionibus ut resolvimus sup.a n.o 9. in fin. Plane omissa vulgari objectione de substitutione in leg. quae utique institutio non est, ut docuimus n. 6. nec tamen ideo inepta aut imperfecta deffinitio dec. 9 sola substitutione in hereditatibus de qua in nostro tit.o agitur definire voluit, ideoque eam quae in legatis fit ut alienam ab hoc tract. exclusit, ut cordate notat Duarenus ad hunc tit. cap. 1. Squilfordeguerun ad galliam lib. 8. tract. 6. quaest. 2 Gilgunius in rubrica n. 7. C. de impub. Iam quoad alteram partem deffinitionis vocemque secunda, loco differentiae positam per quam ab aliis institutionibus substitutio distinguitur ut exposita in primis sit et sententia deffinitionis in hac parte plenaque veriora ergo simul removeamus sciendum est substitutionem deffiniri institutionem secundam tum respectu veteris iuris, et moris, quo attento cum in tab. cera oblitis, sive ceratis testam. scribebantur stilo ferreo l. 1. ff. de bon. poss. secundum tab. l. 9. iuncto

19. ff. de bon: poss. contra tab. Sunedo. Ep. in trac. tt.º 20 § in tt.º 9. Luxit etiam Morisq. fuit ut in priore tt.º p.te seu pagina quam prima cera vocabant scriberetur primo vers. testamentoria, ut in l. Lucius 88. § ult. ff. de leg. 2.º et apud Suetonium in Nerone Cap. 17. Deinde in eadem prima cera vers. secundo heredis primi institutio, ut significat Horatius Lib. 2. Saty. 5. q. prima secundo cera velit versu, solus multive coheres, Sunedo § ante heredis 34 institutionum de leg. in secunda autem aut in teriore tt.º p.te seu pagina. quam secundam et imam, vel extremam ceram vocabant scribentur substituti, § 5. autem 3.º institutionum de pupill. subst. Caius lib. 2. institutionum tt.º 4. § pupill. Sunedo L. 2. § prius 4 Sectt.º atq. ita ab ordine isto vetere nominationis et scripturae substitutio recte dicta, institutio 2. et substituti heredes secundi, ut observant illius tranq. preter adductos sup.ª n. 8. in fin. Tiraquel. in trac. le mort. prima p.te Declarationem 9. n. 2. et ex eo n. Laudato in liberalitis transcribens Pereyra de nominatione emphyteutica, quest. 8. n. 14. Georgius Longus de annulis signatoriis Cap. 9. et 10. Ottomanus Lib. 4. Observ. Cap. 1. Brissonius Lib. 3. Selectarum Cap. 10. et de formulis Lib. 7. pag. mihi 661. illigerus ad Donell. Lib. 6. Cap. 25. Lit. f, Iuris et precipue quia quamvis postea apud Iuris consultos obtinuerit posse etiam prius nominari substitutum, quam institutum converso scripturae ordine dummodo sine intervallo, ut in l. si ita quis 28. ff. de hered. insti. L. 2. § si quis ita scripserit ff. de bon. poss. secundum tab. L. 1. § sed si quis 5 Sectt.º tamen ad hunc substitutio

Re 2ª institutio respectu ordinis succedendi et delationis here-
ditatis quæ. Supponimus vel ipsa hereditate seu successione her-
aliis. Ex eodem tamen iudicio testantis alteri instituto prius
quam substituto defferatur atque ita primus secundusque gradus sive
institutus, et substitutus quamvis non ex ordine scripturæ tamen
ex ordine delato a testatore successionis distinguimus, ut institu-
tus sit, cui primo et substitutus cui postquam alteri delata est
vel defferri potuit hereditas, lex testator dejecit. L. 2 § deferetur 4 cum §
sequenti ff. de bon. poss. secundum tab. docent Donell. d. lib. 6 cap.
25, et ad ttit C. de impub. n. 10. Phylippus Massinius ibidem
n. 90. Duar. ad Sunct. cap. 1. Cura. in nostra l. 1. et communiter
Iuniores alij.

28 Cui postremo supposito consequentes et consentaneæ sunt
tres illationes ex quibus cessabit totidem difficultates, quæ contra hanc
deffinitionem expendi solent. 1ª illatio e, ut quamvis in hac formu-
la Titius heres esto, Sempronius heres esto, sit attenta scripturæ
ordine Sempronij institutio secunda ipseque secundo loco institutus,
ut in similis specie scripturæ in L. g. solvendo 6 a ff. de hered.
insti. Nec tamen sit Sempronius substitutus. Quo vero tan-
quam manifestissimo deffinitione tenet Antonius Gomez
de substitutionib. in prin. n. 5. Polytus eodem trac in præludijs
n. 3. tamen dissolvitur, quia ex eo quod Sempronij institutio
in proposita formula non e secunda respectu ordinis succedendi
neque enim Sempº defertur hereditas post Titium sed cum eo
simul eodemque tempore, tanquam civiliter heredi pariterque 1º gradu
cum Titio sine pº instituto. D. L. 2. § defertur 4 cum § sequent.

itaq. pro Explorato sa. Ex rationib. Substitutionum tradit. Sup.a n.o 1.o Tertia illa exclusionis Caducorum falsitatis in singulis Speciebus Substitutionum, Secunda autem neq. Convenire omnino pupillari et quasi pupillari neq. semper Militari et Vulgari. Unde et relinquitur affirmamq. in Vulgari quidem propria et præcipua ratione eius inducendæ illius 1.æ illa tradita D. n.o 1.o Scilicet subsidium tti. l. potest 3. b. Scotto et Exclusione Successionis abintestato: quæ etiam ratio aplicari potest introductioni Subst. pupill. et quasi pupill. quatenus ideo fiunt, ne pupillus aut Mentecaptus intestati decedant in quo et versatur ipsorum favor, quem pro ratione cæteris substitutionum consideravimus n.o 3.o et 6. Ubi et Militaris inducendæ rationem tradidimus. Neq. sane sent.a nra impugnat aut pro tertia ratione pugnat Iustin. in D. l. Un. in prin. vers. sed et ipsis C. de Cad. toll. Nanq. respondendum illius Contextui qui Vulgares interpretes decepit, non eam Mentem esse, ut substitutionum origo et introductionis prima causa fuerit Exclusio Caducorum, quod falsum esse ostendimus. Sed ut substitutiones Vulgares quæ veluti per Excelentiam vocari solent simpliciter Substitutiones. l. si Legata 6. C. de Leg. quamvis introductæ et receptæ Longe ante L. Papiam et caduca. tamen post illam et eorum occasione frequentari Magis, et usu introduci cæperint a testamentorum Conditoribus Scilicet Testatoribus et Luris Consultis quorum Consilio plerumq. ttæ. condebantur. Ordinabantur. quæ I. Lucius 88. §. ult. ff. de legatis 2.o Iuncta L. Un. §. et Ut plenius vers. Sicut. Ubi Cuiacius C. de

rei Uxoriae Acti. et Iuris consultorum Consilio Testatores ad Excludenda caduca et fiscum, utebantur frequentius tanquam Legitima etiam pridem recepta Cautione Substitutionibus. Vel Substituentes Uni Heredi aut Legatario quo casu quamvis illo non capiente relictum alioquin caducum futurum esset, tamen fisco praeferebatur Substitutus, utpote in casum illum vocatus Ex aperta defuncti Voluntate quam Lex Papia non subvertebat iuxta textus. Hinc Explicandos et ad Substitutionem non mutuam et L. Papiam referendos in L. ut heredibus 50. ibi Videamus. ff. de leg. 1.o L. ei cui 60. Juncta L. Senatus 35. L. illud 37. cum inscriptionibus et communi interpretatione ff. de Mort. Caussa Dona. Vel Substituendo Unum pluribus institutis aut Legatariis, Vel plures Uni, Vel invicem inter se Omnes ut scriptum est in L. potest 36. § 1.o Gotth.o Quas substituendi formas larum q. Usum invaluisse praecipue ad Excludenda caduca deduci potest, tum quoad mutuas, et reciprocas, Ex L. Titius 24 cum duabus LL. sequent. ff. de hered. inst. L. Scaevola 76. in fin. ff. ad SC. Trebell. Iunctis adeo textus traditis sup. ad L. 13 n.o 16. infr. Gotth.o Tum etiam quoad alias formas Substitutionum Ex nostra L. ~~sin~~ ~~ult~~. 5. Gotth.o Cuius inscriptio Ex Caio Lib. 3. ad LL. Iuliam et Papiam. et Disputatio tota de Effectu Substitutionis plurium Uni in casum quo portio illius defficeret, et ut in substitutos potius quam fiscum caderet, ut sentiunt quamvis novatis Explicent post Balduinum in Iurisprudentia Muciana, pag. Mihi 149. et in Iustiniano pag. 456. Cuiac. Lib. 5. Obser. Cap. 14. et in D. L. Un. in prin. C. de cad. toll. ibi et Gipbanius, Noster Valencia. Lib. 1.o illustri. tract. 1.o Cap. 2.

nº 4 et lib. 3º ad tt. de adquir. hered. tract. 5º cap. 5. n.
tertio.

Peracto et absoluto a priore textu perso comentarij nostri de Ord. et vulg. Subst. ut deinceps ad eos textus quos in fronte Commentarij praescripsimus, progrediamur, expendendum in primis quia super traditis directo obstat, et explicandum e Iuliani locus in nostra L. quidam 30 hoc tt.º cuius species haec est, testator 1º gradu heredes instituit Proculum ex tribus uncijs scire quartam pro hereditatis et Quietum ex 9 uncijs sive dimidia et 4. Rursus 2º gradu substituit Quieto Florum et Proculo Sosiam. Postremo et 3º gradu, Floro et Sosiae in casum quo heredes non essent, substituit ex parte dimidia et 4 coloniam Sertinorum, et complures alios ex pluribus quam tribus uncijs. Deinde testatore mortuo Quietus 1º gradu institutus hereditate adijt Proculus alter 1º grado institutus et Sosia Proculi substitutus 2º grado decesserunt vivo testatore, atque ita in hac specie quaestio e utrum 4 pars ex qua Proculus qui decessit institutus fuerit pertineat ex iure accrescendi ad Quietum institutum et coheredem, an potius ex substitutione ad substitutos 3 gradu: et Iulianus respondet concluditque pars proculi accrescere ex voluntate defuncti et pertinere potius ad Quietum, quam ad substitutos. Unde et duo supra traditis ex diametro contraria et difficilia occurrunt. Primum e praeferri coniuctum et ius accrescendi substitutioni contra legem 23. § si duo. ff. de bon. poss. secundum tab. et L. tt. in princ. hoc tt.º Authentica hoc amplius C. de fideicom. Secundum e praeferri etiam ius accrescendi et con-

Iunctum ex illius Verbis excludere fiscum et ius caducitatis eo casu, quo pars deficiens in eadem caduci erat, ut erat pars Proculi, et eo quia Proculus, et Sossia Vivo testatore decesserant L. unic. §. prosecundo C. de Cad. toll. et consequenter otiosse et inutiliter ex consilio Iuris consultorum illos fuisse testatores Substitutionibus ad excludendum fiscum et caduca quando quidem solum ius accrescendi praeualet fisco caducis et Substitutioni. Cui priori difficultati Acc. in d. L. quidam 30. verbo distribuisset in fine et post Bart. Iason ibidem N.o 4. Duar. ad Iunctum Cap. 10. Vers. alia quaestio Gilgenius in L. pen. n.o 42. et sequent. C. de impub. respondent ideo ibi coniunctum et ius accrescendi praeferri Substitutis quoniam isti Substituti sunt Verbis illis Si Neque Florus Neque Sossia Heredes essent, ut scriptum est in d. L. quidam 30. quae Verba cum coniunctiua negatiua sint, non censentur Vocati Substituti aliter, quam si Vtrumque illud existat, scilicet ut Neque Florus, Neque Sossia Heredes sint Arg. ex L. si Huius 18. §. ult. Vers. hoc enim modo ff. de Reb. dub. L. Heredes 57. §. 1.o Vers. neptis 1.a ff. ad SC Trebell. atque ita Vocati sunt duntaxat in casum, quo tota hereditas Vacaret qui casus non extitit utpote cum Quietus 1.o gradu institutus ex nono Vncijs heres extiterit.

Sed omissa ea interpretatione quia ut censura eius interim in opportuniorem locum dimittam; alia et aliena est a ratione qua Iulianus mouetur in d. L. quidam 30. affirmandum potius est cum eodem Acc. verb. distribuisset in princ. Castrensi Cumano, et Cuiacio Lib. 78. fforum Iuliani et ad 9rum ttum in d.

L. quidam §. quoad priorem difficultatem attinet, ibi coniunctis et Iuris accrescendi per 3 prevalere substitutis quia ex volun-tate testatoris non censetur extitisse cassus substitutionis nisi tota hereditas vacaverit, neque alitur quam in eum cassum totius hereditatis vaccantis vocati sunt tertio gradu subs-tituti: eamque voluntatem Iulianus coniectatur non ex verbis Ita nequaquam Florus et deinceps, sed ex eo quia inter substitutos 3º gradu excepta Colonia plures, quam tres uncias ut legis in specie possuimus et inter eosdem simul cum Colonia plures quam duodecim uncias distribuit, atque ita non presumitur eos vocare voluisse in cassum quo sola quarta pars proculi ex tribus unciis constans, sed in cassum quo tota hereditas vacaret sive totus as adque plures ille uncie redigende neque enim creditur testator in 3 gradu et post Coloniam ex semisse dimidia et quarta substitutam, cum adhuc tres uncie superessent transfisse in reliquis substitutis ad novam divisionem hereditatis sive ad dispendium Argumento ex L. g. non militabat, et L. §. filijs ff. de hered. institu. §. si plures 6. institu. eodem titulo Quoad secundam autem difficultatem, quam aut non vident aut dissimulant alij, et agnoscit neque exponit Cuiacius supra laudatus ex-istimans Iulianum loqui secundum Ius antiquum et ante L. Papiam et caduca sicut et Laudonem in L. cum ex filio 39 §. ult. Gotth. quod tam in Iuliano, quam in Laudeno improba-bile est, ut alia omittam vel argumento ex L. in eo 4 5. §. ultimo cum L. sequenti ff. de ritu nupt. Dicendum potius est hereditatem eiusve partes quas is heres post. mortem vivo testatore decederet nunquam fuisse in causa caduci, neque ad fiscum pertinuis-se etiam attento Iure et tempore L. Papie, ut documus

Latius ad L. Gallus 29 ff. delib. et post. Cap. 3. n.o 13 et Sequentibus et aperte probatur in D. L. quidam 80. et D. L. cum ex filio 39. §. ult. Gott.o L. ult. ff. si pars hereditatis petatur. L. Lucius 88. §. quisquis 3. ff. de leg. 2.o in quibus explicandis multa peccat ignoratione huius principij Belonus de iure accres. Cap. 7 quest. 33. n.o 1.o et Sequentibus.

LL Subsistamus tamen opportet: nanque species D. L. cum ex filio 39. § ult. Gott.o quae una est ex propositis in fronte huius comentarij explicationem nostram antequam pergamus desiderat. Species haec est. Quidam separatis orationibus quatuor heredes instituit veluti: 1um: 2um, 3um. et 4um liquo. Omnibus praeter unum dedit vulgares substitutos nempe 1.o Titium, 2.o Meuium, 3.o Caium. et 4.o nullum. Postea 3ius cui Caius substitutus erat, et 4us. cui nemo substitutus fuit vivo testatore decesserunt. in hac specie docet Laucolenus partem quarti, cui nemo substitutus fuit ad substitutum quoque pertinere. idest ad Caium substitutum tertij et pro rata portionis, quam ex substitutione tertij habet, pertinere etiam partem quarti simulque ad ceteros coheredes quarti ut significat verbum quoque in D. §. ultim. non tamen ex iure substitutionis quia quarto substitutus non fuit, sed ex iure accres. Haec sententia Laucoleni, et decissio in qua quamuis obiectio illa defuncti quarti vivo testatore, et sine substituto mortui, in qua in causa caducis ... defferenda cessent ex observatis n.o praecedente in fin., supersunt tamen duae non leviores. Prima ex regula iuris quae docet quamdiu institutus admitti potest, substituto locum non-

esse L. 3. L. quandiu 69. ff. de adq. hered. L. 2. § defertur 4. ff. de bon. poss. secundum tab. adeo ut non concurrat etiam cum alio instituto cui substitutus non erat ut in L. cum institutio 37. ff. de hered. insti. L. si mater 33. § ult. hoc tit. et consequenter Caium substitutum 3° non debere ius dictae quartae, cui substitutus non e concurrere ad ius accrescendi cum institutis quod ad id admittuntur in D. § ult. D. L. 39. Secunda ex alia regula recepta, quae affirmat inter diverso iure succedentes, non esse ius accrescendi L. si sed cum patrono 6. ff. de bon. poss. L. sive libertus 21. § ex duobus ff. de iure patronatus, L. idem 6. § 5° ff. de usufructu accrescendo, et proinde, nec debuisse partem quartam, quae tamquam institutus successurus erat, accrescere Caio, qui diverso iure, nempe substitutionis succedit, neque hunc admitti ad ius accrescendi cum institutis.

Utriusque L2

tamen obiectionis non indifficili solutione, et in primis priori, explosa opinatione Fabri Lib. 9. Coniect. Cap. 11. et consentientis fere Cuiacii in D. L. 39. § ult. affirmantium substitutum ibi admitti tamquam institutum, quia ante eum non fuit delata hereditas instituto qui vivo testatore decessit: quod tamen et repugnat verbis D. § ultimi et iuris rationi, qua attenta, ut substitutus proprie quis sit non est necesse ut ante illum alii delata hereditas sit, sed ut deferri potuerit saltem ex voluntate testantis Barnetri non iure L. ex facto 43. § Lucius hoc tit. iunctis traditis sup.a in L. 1. n.o 23. hoc tit. et agnoscit saniore sensu quoad D. L. 39. § ult. Cuiacius in D.o L. cum institutio 37. ff. de hered. inst. respondendum potius est regulam D. L. quandiu 69. ff. de adquir. hered. vix et intellectum duntaxat esse ut substitutus non possit admitti simul cum instituto illo, cui vulgariter substitutus est, idque ex eo

ga instituto admisso spirat Substitutio L. post aditam 5. C. de impub. Cæterum Regula non impedit quominus in deffectum eius Cui Substitutus est admittatur Cum alijs institutis ut in D. L. 39. § ult. Diversum autem est non Contrarium quod Expendimus Ex D. L. cum intra. 37. D. L. si mater 33. § ult. Goctho. ibiemque ideo Substitutus Nepoti posthumo etiam si Nepos Non Nascatur non admittitur cum filio instituto, quia Neque Nepos ipse admitteretur Cum filio, Nec plus Iuris tribuendum Est Substituto, qui non in primum gradum institutionis filij sed in secundum institutionis Nepotis est Substitutus et ut Exponimus in d. L. n.° 33. Goctho. Secundæ autem Obiectioni ut Respondeamus Supponimus quatuor illos in D. L. 39. § ult. fuisse ut in Specie admonuimus institutos Separatis Orationibus atque ita Vel omnino disiunctos Vel Re tantum Coniunctos fuisse alioquin si ex eis quidam re et Verbis Coniunctus fuisset cum quarto, cui nemo substitutus Erat præferetur in Iure accrescendi ad portionem illius non tantum Caio Substituto, sed et cœteris coheredibus. L. re coniuncti 89. Vers. præfertur. ff. de leg. 3.° L. heredes 63. ff. de hered. inst. L. un. § si ita deffinitis 10. C. de cad. toll. quo Supposito Ius certum est inter Substitutum Vulgarem Vnius instituti, et alios heredes institutos disiunctos aut re tantum Coniunctos cum deffeciente esse ius accrescendi in portione illius instituti qui deffecit, et cui nemo Substitutus erat eamque portionem accrescere pro rata non tantum institutis sed similiter etiam Substituto ut præter Iaudenum in D. L. 39. § ultimo. docent IC. in L. liber 59 § cum quo 3. ff. de hered. inst. L. si ita scriptum 8. in prim. ff. de bon. poss. secundum tab. L. si tu Cap.° 76. § ultimo ff. de adqui. hered. L. sicut 3. § 1.° ff. quibus modis Vsusfructus

A Mittatur

Enimvero supposito iuris rao ea est. quia si inst. 13
ituti omnes re duntaxat coniuncti cum deficiente fuerint,
etiam cum illo re coniunctus substitutus, quatenus in iura ins-
tituti sui subrogatur ut significatur in D. L. sicut 3. § 1.° vers.
et Papinianus in fin. quoniam distinctio graduum institutionis et
substitutionis non tollit coniunctionem realem inter eos qui ad eandem
rem vocantur. unus ex institutione. et alter ex substitutione
L. plane 34. § sed si in pupillari 10. ff. de leg. 1.° L. coheredi
41. § coheres 6. in fin. ff. vulg. et pup. Notat Cuiacius lib. 17.
quaest. Papin. in D. L. sicut 3. § 1.° Si autem instituti omnes
disiuncti fuerint quemadmodum illis accrescit portio deficiens,
ita et pariter substituto ex eadem ratione iuris quia perinde
atque instituti portionem hereditatis habet, quam accrescens portio
sequitur. L. si filio 33. § ult. ff. de usufructu. L. si tota 84. ff. de
adqui. hered. Notat Castrensis et Alexander n.° 4 Imola
et alij in D. L. 39. § ult. Nec refragatur obiectio regulae
D. L. sed cum patrono 6. ff. de bon. poss. cum sup.a laudatis, sive
quia cum substitutio sit proprie institutio L. Mulier 20. §
ult. ff. de condit. institu. non diverso iure, ut patronus per
contra tabulas, et institutus per secundum tab. in D. L. sed cum patro-
no 6. sed eodem iure institutionis substitutus cum institutis
succedit in D. L. 39. § ult. sive quod probabilius est, quia
substitutus subrogatur in ius et locum instituti. L. si filius
26. L. coheredi 41 in prin. ff. vulg. et ideo etiamsi propria per-
sona inspecta substitutum diverso iure succedere fateremur,
tamen ex persona instituti, cui subrogatur, intelligitur eodem
iure succedere eoque utitur in iure accrescendi: sicut eadem

Haere et respectu heres heredis post aditam suam portionem mortuus quamvis diverso iure, nempe hereditario in eam portionem successerit, neque per se coniunctus sit cum coheredibus sui defuncti, tamen quia in eius locum subrogatur admittitur cum illis ad ius accrescendi in portione alterius coheredis qui postea defecit, L. haec scriptura 26. §. ult. ff. de cond. et demonst. L. si patronum 44. §. ult. ff. de bon. libert. L. si ex pluribus 9 in prin. ff. de suis et legitimis L. 9. patris 9 in fin. ff. de adquir. hered. L. un. §. his ita so. vers. in his itaque C. de caducis tollendis. sentit Duar. ad Iunctam cap. 50 in fin. late Bellonus de iure accrescendi cap. 7. quaest. 68 per totam, et cap. 5. quaest. 43. ex n.o 72.

14 Proxima nempe traditis de substituto et herede heredis admittendo cum institutis ad ius accrescendi et promissa etiam in inscriptione nostri commentarii explicatio L. 9. plures 23. hoc tit. cuius species sic expendenda est, testator quatuor heredes extraneos instituit, eosque omnes invicem et vulgariter substituit his verbis, eosque omnes invicem substituo. decedente tres ex illis veluti primus, secundus et tertius hereditatem adierunt, et decessit tertius post agnitam suam portionem, postea quartus repudiabit atque ita conditio substitutionis vulg. reciprocae extitit in se quarti cum ipse heres non extiterit: quaestio est an pars quarti ad primum secundumque coheredes superstites solos pertineat, an etiam simulque ad heredes tertii. sic autem species ponenda est: non autem tertium decessisse ante aditionem et controversiam esse de parte tertii inter quartum qui repudiavit, et alios coheredes, ut acute primo aspectu comminiscuntur nonnulli tacito nomine notati a Cuia. lib. 6. respon. Papin. in D. L. 9 plures 23. tum quia eum qui decessit scilicet tertium decessisse et proximam post aditionem. ostendunt Papin.

illa

Papinianus in l. quae pluribus post aditam aquirendam ex hereditate fratris Sexto [illegible] defuncto, Nempe heredes qui adiunxit Sunt etiam quia controversia fuisse in inter quartum et coheredes; sed coheredes superstites, et heredes tertij defuncti demonstrat Papin. Deus questioni respondens Nominat coheredes Superstiti fe nimium ut eos opponat et in portione quarti prae ferat coheredi defuncto et eius heredibus, in alia quarto qui repudiaverat et perinde Superstes erat. eius ilenio. Sociopsum Sandit eadem Species et questio ad exemplum fersitam Papin. discusserat decissa a Paulo in l. Lucius q. 5. § tit. Goetto in specie et questione proposita affirmat Papin. et Paulus portionem quarti repudiatam ad Solos coheredes Superstites totam pertinere. Nequaquam in ea cum Superstitibus concurrere heredes tertij defuncti, quod omnino videtur duobus principijs iuris Traditis repugnare. Primo quo docimur Substitutum etiam in portione eius, cui substitutus non fuit concurrere ad ius accrescendi cum instituto (D. l. cum ex filio 3 q. tit. Goetto et q. propria Magis Viget. coherede qui post aditam Suam portionem decessit admittere ad Suos heredes Sui accrescendi ita ut ex eo admittantur cum alijs coheredibus ad portionem postea defectam alterius coheredis D. l. [illegible] Scriptura 26. § tit. ff. de Cond. et demonstra. cum Supra Laudatis [illegible]

Nec Notamur Sequimenia in hac explicanda traditionis Iasonis in D. l. qui plurimum affirmantis Regulam de non transmittendo iure accrescendi ad heredes coheredis post aditionem Mortui obtinere quotiens alius Substitutus Superstes cui accrescat ut in D. l. q. patris q. ff. de vulgari. [illegible] ante Obtinere in pracedentem alibi per coheredem Vel Substituti 15

superstitis qa sunt adeu potius tota portio defficiens pertinet neq. accresceret... Fraris milititiam prostata ad Heredes Coheredi defuncti ut in D. L. qui plures 23. Non inquam. Sequimur eam Traditionem quoniam quoad illud de praeiudicio Coheredis superstitis verius Omnino est etiam si Unus vel plures superstites sint, concurrere tamen cum illis ad ius accrescendi in portione deffecta Heredes Coheredis post aditionem Mortui, utpote subrogatos in ius defuncti et in portionem, cui portio accrescit iuxta rationes traditas sup. n.° 13. in prin. et quia hoc ipsum indistincte affirmatur in D. L. Unica § His ita s.o. Vers. in his itaq. C. de Cad. toll. et evincit equiparatio substituti, et Heredis coheredis defuncti, iuncta specie et sententia D. L. cum Cafilio 39. § ult. hoc tt.° Quare affirmandum potius ideo in D. L. qui plures 23. Heredes tertij post aditionem Mortui non concurrere in portione quarti cum coheredibus superstitibus sed ad istos totam pertinere quia quamvis iuris accrescendi fraternitati ad Heredes tertij eorum iure possent cum coheredibus eiusdem tertij ad portionem iure accrescendi obvenientem concurrere, tamen in D. L. qui plures 23 superstites non vindicant portionem quarti ex sola iure accrescendi sed simul principaliter et ex substitutione ut exprimit Paulus in D. L. Lucius 5. § ult.° in fin. hoc tt.° quoniam ut Papin. scribit invicem in omnem casum singuli substituti videntur. idest, ita ut quocumque ex substitutis simul cum coheredibus deficiente singuli superstites in omnem casum sint iure substitutionis successuri sine alterius concursu. Proinde cum superstites coheredes veniant ex substitutione, et iure accrescendi, et Heredes tertij non nisi ex transmisso iure accrescendi; ultimum non est excludi istos a superstitibus, et preferri iure accrescendi substitutionem eo iure concurrente, qui vel

Sola per se praeferretur. L. 2. § si duo 8. ff. de bon. poss. secundum tab. in quo diversa ratio est D. Lucij ex filio 39. § ultim. ibi. Ita Caius substitutus tertij, qui reliqui coheredes omnes veniebant per equale ius accrescendi ad portionem quarti non autem ex substitutione quia quarto nemo substitutus erat plane ut confirmat Papin. q. insinuaverat neque solos superstites venire ex substitutione, non autem heredes tertij, subiungit eam rationem ibi enim quis heredes instituit et ita scribit eosque invicem substituo, hi substituti videbuntur qui heredes extiterunt: quibus verbis significat ex substitutione vulg. reciproca inter heredes non vocari nisi eos, qui per se et proprie sive directo et principaliter extiterunt substituenti ei heredes extiterunt, l. 3. § qui liberis 8. § ultim. Gotth. Et consequenti non vocari tamquam substitutos heredes tertij quia ipsi non extiterunt directo et proprii heredes primo testatori sed tertio, neque in eos ius substitutionis utpote personale transmittitur. L. si ex pluribus in fin. ff. de suis et legit. L. sed si plures 23. Gotth. Lotier 8x. ff. de adqui. hered. explicat post Castrense in d. L. qui plures 23 Cuiacius ibi lib. 6. resp. Papin. Duarenus ad Gomettum cap. ultim. in fine.

La vera ex ratione illa regula D. L. q. plures 23. in fin. quae affirmat in substitutione invicem sive reciproca facta, eos vocari, q. heredes extiterunt, seclusi gradati, deducimus ad aliam regulam similem, et similiter in locis, quos explicandos suscepimus expressam, quae docet heredes institutos vocari admittique ad substitutionem ex eisdem partibus, ex quibus ex institutione heredes extiterunt sive reciproca et inter se invicem substituti sint 16

per verba comm. invicem substitui, ut in Textu in L. si plures 24. et L. 6. de hered. inst. § 1. Gotth. § et si ex disparibus 2. instit. de vulgari. L. 1. C. de impub. sive plures heredes substituantur, sive cohered. vulgariter, aut filio impuberi pupillariter, verba, quisquis mihi heres erit, ut textus in § 1. instit. L. quod liberi 8. § ult. in fin. L. sed si plures 10. in prin. Gotth. § 2. substitutis 7. instit. de pupillari. Sive denique substituti coheredes sint non directo et propriè, sed per fideicommissum, L. quoties 23. L. Lucius 78. § pater, et § Mevia ff. ad SC. Trebell. Eminente regula et altera nuper tradita ex d. L. si plures 23. inhaerendo tacitae juris praesumptioni, qua attentis creditis testatoris quos et quatenus in institutione praedilexit, eosdem et ad eundem modum diligere et vocare in substitutione. Arg. L. cum pater 36 § ult. ff. de cond. et demonstr. L. licet 74. ff. de leg. 1. Et consequenter eos solos qui heredes ex institutione extiterunt, et pro qua parte singuli extiterint: quae ratio et praesumptio insinuatur in d. L. si plures 24. ibi, plerumque credendum, Gotth. ibi, et in d. L. quoties 23. ubi intelligitur eosdem L. ff. ad SC. Trebell. et in d. L. si plures 23. ibi, substituti videntur. Unde etiam fit ut si appareat aliter voluisse testatorem, cesset praesumptio et regula, sicut jam traditum

21 est in d. L. si plures 24 in fin. Et exponunt Lacius post Classicos ibidem et in locis nuper laudatis Donell. lib. 6. Comm. cap. 24. in fin. et in d. L. 1. C. de impub. Ibi et Corasius, Cuiacius, Gilquenius, et Massinius ex n. 62. cum sequent. Idem Cuiacius et Gomanus in § 2. institut. et in d. L. si plures 24. Gotth. Duarenus ad Bunettum cap. ult. multis, et post multos Fusarius de substitutionibus, quaest. 478.

Ceteru L7

inter casus in quibus ex voluntate testatoris cessat presumptio recepta [illegible] D. L. g. plures a3. et D. L. si plures 24 ita ut reg. pro partibus institutionis Heredes omnes coheredes invicem substituti admittantur. Primus et notabilissimus est, q proponitur a Papin. in D. L. coheredi 41 § 9 diversitas 4. Gottl. Si enim tres coniuncti, v. g. duo instituti essent, Titius primus, secundus et tertius ex semisse Heredes sunto, et deinde alii coniuncti inter se sive disiuncti ex alio semisse instituti fuissent, tandem q. post eos omnes institutos testator ita scripsisset, quos Heredes meos invicem substituo: Respondit Papin. eo loco sive in primis substitutos inter se invicem censeri eos qui coniuncti instituti sunt et ideo uno ex eis deficiente non ad omnes coheredes, sed ad solos coniunctos portionem eius ex substitutione pertinere et duntaxat in casibus, quo coniuncti omnes deficiant reg. portiones suas agnoscant, ceteros coheredes admitti ex substitutione: et proinde non admitti indistincte pro partibus institutionis eos omnes, qui Heredes extiterunt. Plane Papin. responsum casus illius a superiore regula exceptio elegantem rationem habet, et quidem ea ipsa qua regulam nostram tradidimus, si in contrarium ita vertatur. Et explicatur scilicet ut quoniam, qui et quatenus sunt predilecti in institutione, presumuntur predilecti in substitutione, in-ferri etiam debeant in primis et ante alios heredes ad substitutionem reciprocam, et inter ceteros ex voluntate testatoris pre ferantur qui coniuncti instituti erant cum deficiente, quoniam ii ipsi inter se et inspecta invicem coniunctione predilecti sunt a testatore et pre-lati ceteris Heredibus disiunctis, ut vel ex eadem parte qua substitutio facta non esset, tamen pars coniuncti deficientis non omnibus coheredibus sed solis coniunctis accresceret ex voluntate

Gravior Cuius Coniecturam praebet coniunctio, quia per eam tamquam Coniuncti redacti in unum corpus et unius personam censentur L. plane 34. ff. de leg. 1. L. ita 17. q. 1. in fin. L. Heredes 43 ff. de hered. instit. L. un. §. Si ita desinit. vers. si vero quidem et vers. Si vero ita fuerit C. de cad. toll., ubi discrimen ratio praestationis in substitutis coniunctis respectu disiunctorum exprimitur. Explicat quoque eandem aliis adiectis post Accursianos in D. L. Coheredi 41. §. 9 discretas Gomanus et Cuiacius ibi Lib. 6. Respons. Papin. Quar. ad hunc ttm. cap. ult. Late et utiliter ad praxim Fusarius de substitutionibus D. quest. 478. n. 15 et quest. 494 per totam, Velonus de iure accrescendi cap. 5 quest. 50 et sequent. Gilgunnius n. 9 et Massinius n. 91 in D. L. 1a C. de impub.

48 Obstat tamen et quidem graviter decisioni D. §. 9 discretas ignotum vulgo testimonium Valentis in L. is qui Complures 94. ff. de leg. 3. ubi cum fundus duobus libertis coniunctim legatus fuisset eorumque testator rogasset ut curarent ne de nomine suo fundus exiret, atque ita substituti per fideicommissum invicem in fundo essent, traditum, eorum alterum qui prior decesserit, non esse astrictum ad partem suam relinquendam duobus sibi in legato fundi coniunctis, sed posse cuicumque alii colliberto relinquere et si nulli reliquerit, partem eius ex substitutione fideicommissaria non duobus solis ei in legato coniunctis, sed omnibus collibertis deberi. Sed quamvis eius textus potissimo argumento coacti Baldus, Imola, et Aretinus in D. §. 9 discretas et post Aquinum, Decianum, et alios, Menochius Consilio 327 n. 94 affirmaverint in substitutione fideicommissaria reciproca cessare decisionem D. §. 9. discretas Reg. coniunctos disiunctis

praefferri, tamen contrarium certius omnino est, ut docent Bart.
et Castrensis q. 2 et 3 in l. ult. ff. ad SC. Trebell.
post alios Peregrinus de fideicom. art. 9. n. 14 et in iudicando
magis receptum agnoscunt Menochius de praesumptionibus
lib. 4 praesum. 75 n. 59. Fusarius d. quest. 494 num.
et 3. Belonus d. cap. 17 quest. 52 n. 7 et probatur quia
ratio illa responsi Papin. in d. § 9 dicentis scilicet quoniam
coniuncti in institutione tanquam praedilecti in capite in quo
coniuncti instituti sunt, debent censeri praedilecti et praelati
respectu eiusdem filii in substitutione, valet pariter et viget
in substitutione fideicommissaria, in qua similiter receptum est
praedilectos in institutione vel substitutione directa vulgari
pro partibus ex quibus instituti vel substituti directo sunt,
censeri etiam praedilectos praelatosque in fideicommisso, et idem maio-
rem in eo [illegible] ferre eos quos ex institutione vel substitutione
directa maiores in hereditate partes habuerunt, ut evincunt attente
expensa Iuliani et Scaevolae responsa quorum supra relatum
supremo [illegible] n. 3. l. Lucius 78 § pater 4 et § Maevia
filius 5 ff. ad SC. Trebell. Quapropter pro explicanda
d. l. 19. Complures 94 dicendum potius responsum Papin.
in d. § 9 dicentis et praelationem coniunctorum in omni sub-
stitutione procedere et proprie obtinere quotiescumque inter eos coheredes
institutos aut primo gradu vocatos sunt fit substitutio reciproca
nullo adiecto extraneo, quod si fuerit ex primis vocatis aut institu-
tis sed cum relatione ad eosdem et in illa formula, quos heredes
meos invicem substituo id est qui dicuntur quo casu talis substitutio
referatur ad institutionem, et ita et respectu partium quibus coniunc-
tis datae fuerint in capite coniuncti praedilecti, et praelati ceteris

Desperatis institutis censetur qualitas praedilectionis et praelationis repetita in substitutione quia relatio fieri intelligitur cum omnibus suis qualitatibus. L. asse toto 7 §§ de hered. institu. Diversum autem est quoties in substitutione adiiciuntur unus vel plures qui ex primis institutis vel vocatis non erant ut in specie D. L. in qua mepdum 94. Ubi verbis illis fideicommissi, ut curarent ne de nomine suo exiret, sunt vocati et substituti per fideicommissum in legatis fundi omnes liberti qui gentilicium nomen patroni testatoris Romano more ferebant, et usurpabant L. pater 3. §. 3 duobus cum sequentibus de leg. 3. L. libertis 108 ff. de cond. et demonstr. L. ult. C. de V. S. et consequenter sunt adiecti in substitutione plures quam illi, quibus fundus communiter legatus erat, et ideo substitutio non censetur fieri cum relatione ad dictam vocationem sive legatum, quia ea relatio nulla esse poterat respectu adiectorum qui legatarii non fuerunt. Unde etiam neque intelligitur repetita in substitutione qualitas praelationis et coniunctionis, quae in legato erat, quia cum ea relationem non habet substitutio ut explicat post Dexignimum et alios Belonus d. quaest. 52 n. 82 et sequent.

49 Ex eiusdem distinctionis veluti filo deducit Belonus ubi proxime n. 86 et 90 interpretationem Iuliani sane interpretatione dignam in leg. compluribus 21 § ult. ubi cum plures ex disparibus partibus et inter eos Attius heredes instituti essent, et si Attius non adiret, ceteri coheredes ei vulgariter substituti fuissent, ac deinde eisdem substitutis in casum quo Attius non adiisset, Titius coheres datus proponeretur. Iulianus respondet Attio non adeunte Titium in partem Attii pro virili scilicet respectu numeri ceterorum substitutorum, et reliquos coheredes substitutos pro hereditariis suis q.

Superest Attiane fr. habituros, et consequenter sentit non praeferri coheredes collective vocatos Titio qui separatim substitutus est, idque ea ut Belonus censet ratione qua coniunctio facta in institutione non operatur praelationem respectu extranei adiecti in substitutione ut in D. L. Titius q. Complures 94. Verum quod ad Iulianum attinet in D. L. qui complures §2 et effectum praelationis coheredum respectu Titij, otiosa, et imbecilla haec Beloni consideratio est quia neque plures illos heredes coniunctim institutos fuisse Iulianus exprimit. Nec de eorum praelatione respectu Titij dubitat Iurisconsultus, nec dubitandi ratio suberat, quia constabat testatorem quamvis separatim Titium substituit, voluisse tamen eum simul cum coheredibus in substitutione concurrere quoniam ut Iulianus scribit Titium coheredes eis qui substituti sunt adiecit. et coheres adiectus non excluditur a coheredibus quibus adijcitur. Sed eis semel admissis concurrit L. eis qui soluendo 88 ff. de hered. inst. L. Verbis 7 in fin. Bartolus, L. si heres 7 ff. fam. hercisc. Proinde etiamsi coheredes coniunctim instituti proponerentur, quod tamen Iulianus non proponit non possent praeferri Titio quia coniectura voluntatis deducta ex coniunctione non poterat praevalere contra apertam voluntatem defuncti per quam in eodem casu Attij non adiuncti filius tanquam eisdem coheredibus adiectus ad substitutionem vocatus est. Fuit itaque alia Iuliani quaestio et decisio in D. L. q. Complures §2. Ibi quamvis in comperto esset Titium cum coheredibus admittendum ad substitutionem dubitabatur tamen pro qua parte Titius et illi admitterentur. quia cum heredes instituti fuissent vocati ad substitutionem non proprijs nominibus sed collectiva appellatione ceterorum heredum institutorum et ex partibus ex quibus instituti ut significant illa verba ceteros ex ijsdem partibus quibus instituerat heredes ei substituerat. et Titius nominatim

adjectus eo heres et substituerit, consequens videbatur illos omnes heredes tanquam in unum corpus redactos sive unius personae vice fungentes ex vi vocationis collectivae ut in L. si nepotes 7. ff. de collat. Bon: in una portione sive dimidia inter eos pro hereditariis partibus distribuenda et Titium in altera dimidia attiane ? ex substitutione admitti debere ex regula L. si pater 9. hoc tit.o L. interdum 13. ff. de hered. inst. L. si qis Attio 7. ff. de usufruc. accres. Et tamen contrario Iulianus decidit in d. L. qui complures 32 Titium non in dimidia, sed in virili parte cum ceteris substitutis concurrere.

20 Quo circa ut in hac p. in qua explicatu dignissimus est Iulianum explicemus, missa interpretatione Bart. in d. L. 9. complures 32. Bal. n.o 6. Castrensis 3. et 4. Iasonis 9. et aliorum communiter in L. ult. C. de impub. Missis etiam traditis a Cuiacio movente varie multa, et moliente in recitationibus ad Iunctum in d. L. 9 complures 32. affirmat probabilius idem Cuiacius lib. 1.o Iuliani ad Urseium ferocem in d. L. 32. Duaren. ad Iunctum cap. 50 circa finem, ideo eo heredes illos substitutos non vocari in una dimidia in d. L. 9 complures 32. quia instituti fuerant ex disparibus partibus et substituti ex eisdem partibus ut consulto Iulianus exprimit et idcirco nec dici poterant coniuncti re, quia vocati singuli ad diversas res sive partes, neque coniuncti verbis quia non ex aequis sive virilibus partibus vocati, L. re coniuncti 89. ff. de leg. 3.o unde etiam neque ex vi collectivae vocationis ad substitutionem sub appellatione heredum possunt censeri in unum corpus redacti quia omnino disiuncti sunt, quin potius cum eis tanquam singulis et disiunctis in virili parte Titius concurrit d. L. 9. complures 32

sed quamvis agnoscamus Co. heredes illos utpote vocatos ex dis-
paribus partibus non fuisse re aut verbis coniunctos quoad ius
accrescendi in d. l. § 2. tamen cum negari non possit eos tanquam
collective vocatos venire ad reliquas tres partes portionis Attij. quae detracta
virili ipsius Titij supersunt, inter se non viriliter, sed pro hereditariis
partibus distribuendas et proinde eo saltem respectu videantur re-
dacti in unum corpus et Titius admittendus videatur in alia dimidia;
et praeterea cum Labeo in l. si pater g. Gotth. dum docet dimidiam
inter collective substitutos dividendam, et pro his partibus ex quibus
instituti fuerint significet se cum casum proprie magis compre-
hendere, in quo instituti fuerint ex disparibus partibus nam si ex
aequalibus instituti essent doceret Labeo distribui dimidiam pro aequis
partibus sive virilibus nec se otiose referret ad partes institutiones
sive hereditarias quae quoties nominantur solent inaequales
intelligi, atque ab aequalibus seu virilibus distinguit. l. si he-
redes § 2. ff. de leg. 1°. l. quoties § in fin. ff. ad SC.
Trebell. l. unum 7. § ult.° ff. de reb. dub. praeferenda interpre-
tationi Cuiacij ut probabilior alia quae affirmat ideo in d. l.
qui complures § 2. Titium non ad dimidiam unam, sed ad virilem
cum coheredibus substitutis admitti quia quamvis diversa
oratione vocatus sit ut insinuat verba illa, Deinde si Attius
repudiasset Titium, tamen non vocatus tanquam ab eis disiunctus, et per se et princ-
ipaliter seu separatim aequale corpus ceteris omnibus substitutis constitu-
ens, ut primus in illa formula, Primus et fratris mei filii heredes sunto
d. l. interdum, 13. ff. de hered. inst. neque tanquam unus ille, qui praeterea
substitutus dicitur in d. l. si pater g. Gotth. sed tanquam adiunctus
adiutusque coheres ceteris substitutis ut exprimitur in d. l. qui com-
plures § 2 vers. Deinde et consequenter tanquam unum cum illis corpus

Constituens vocatusque cum eis ad viriles partes ut adjecti nomen, et qualitas exigit et traditum est ex Iulia. Sent.a a Paulo in specie simili, et similiter explicanda in L. 9 pecunia 22. § ult. ff. de statuliberis, sentit ita aut praesentit Gilquenius in d. L. ult. n. 10 C. de impub. et ante eum ibidem Baldus n.o 6. vers. item ibi Alciatus in L. re coniuncti 89. n. 39. ff. de leg. 3. ....

21 Succedit ut pergamus secundus cassus in quo cessat regula illa de coheredibus ad substitutionem reciprocam admittendis pro partibus ex quibus instituti sunt ut in nra L. si plures 24. Gothof. extatque hic cassus in L. nonnumquam 29. ff. ad S.C. Trebell. ibi Papin. docet in hac quest. scilicet de partibus aut equalibus virilibusque aut hereditarijs adsignandis in substitutione reciproca coheredibus substitutis, fuisse nonnunquam varie iudicatum a Magistratibus et rescriptum ab imperatoribus ex voluntate, sive pro varietate praesumptionum voluntatis defuncti, quae nimirum voluntas si evidens erit, recedimus a regula d. L. si plures 24, ut ibi in pr. scriptum est monuimusque supra n.o 16. ergo si testator verum ex pluribus institutis rogaverit per fideicommissum coheredibus suis ex disparibus partibus institutis portionem suam restituere atque itas coheredes ad eam portionem per fideicommissariam substitutionem vocaverit, et quidem non sub communi appellatione heredum sed singulos proprijs nominibus veluti filij et clemij sentit Papin. admittendos coheredes ad substitutionem sive fideicommissum non pro partibus institutionis sive hereditarijs sed pro equalibus virilibusque cuiusque cassum et sententiae ratio est, quia expressio nominum propriorum non continet relationem ad qualitatem heredum ex qua solet praesumptio distributionis pro partibus hereditarijs deduci, ut notavimus n.o 18. sed

Enumeratione personarum, quas ad substitutionem vocantur, itaque enumeratio inducit etiam distributionem partium pro numero personarum L. cui fundus 56. ff. de cond. et demonstr. et convenienter efficit ut viriles sive equales partes habeant L. si heredes 24. ff. de leg. 1° L. ita liber 8. § 1. ff. de statu liberis, ideo quotiens proprijs nominibus simulque appellativis heredum, precedentibus tamen proprijs veluti Titij et Mevij heredum, ad substitutionem vel fideicomissum vocantur, arg. ex simili sententia Pomponij in L. si comunis 37. de stipulatione servorum. Namque et Creade ludit ratione receptum est ut heredes simpliciter sive sub appellatione heredum legatis onerati prestent ea proportione qua hereditarijs et econtrario si onerati sub proprijs nominibus fuerint prestent pro virilibus. D. L. si heredes 24. ff. de leg. 1° et ut qui conditionis implende causa dare heredibus debet si heredibus sub appellatione heredum dare iussus non impleat conditionem nisi dederit pro rata partium hereditariarum, et econverso debeat pro virilibus dare si in conditione proprijs nominibus enumerati heredes fuerint D. L. ita liber 8. § ult. ff. de statuliberis, docent et prosequuntur post classicos in D. L. 1 C. de impub. Corrasius, Donellus, Gilquinius et pre ceteris Massinius ibi n. 97 et sequent. Cuiacius lib. 15. quest. Papin. in D. L. nunquam 23. ff. ad SC. Trebell. Donellus lib. 6. comm. cap. 24. et lib. 7. cap. 11. et lib. 8. cap. 29. Duaren. ad Gunetti cap. ult. post multos Fusarius de substitu. quest. 478. con. 10.

Sed refragatur 22

aperte et acriter super traditis in primis Paulus in L. sive a certis 17. in fin. ff. de duobus reis ubi etiam quo casu in

Legato relinquendo heredes omnes specialiter nominantur,
Docet debere eos id Legatum pro partibus hereditariis. Deinde
et repugnat idem Paulus in d. l. sive 17. in principio et in
l. qui pecuniam 22. § 4. et ult. Iulianus in l. si qui 3. ult. docet ff.
de statuliberis affirmantes si personae quorundam heredum
in Legato ab eis relicto aut conditione eis dandi propriis
nominibus exprimantur, debere praestari Legatum et impleri
conditionem pro portionibus hereditariis non pro virilibus in quo
et Cursius Abrogavit Iuliano et Paulo Pomponius in l.
turpia 54. § ult. ff. de leg. 1. Denique et ad rem urget Sce-
vola in l. Lucius 6. § Maevia 5. ff. ad S. C. Trebell.
ubi vocati ad substitutionem sive fideicommissum hereditatis
non sub appellatione heredum, sed sub speciali nomine fratrum,
admittuntur tamen non pro virilibus aequalibus sed pro inaequalibus
portionibus hereditariis. Verum quamvis in hac quaest. apertam
veterum Iurisconsultorum dissensionem agnoscant unanimiter
meis conciliandis operam impendunt Antonius Faber Lib. 11.
Coniect. Cap. 19. et post Hortensium in d. l. sive 17. noster
Velasco in concertationibus Proculi et Cassii in cap. ult. respon-
deri tamen probabiliter potest in primis quoad Paulum in d. l. sive 17.
in fin. verba illa cum omnes heredes nominantur cum admittant du-
plicem sensum possintque intelligi vel de omnibus nominatis sub
propriis nominibus vel de nominatis, sive commemoratis om-
nibus sub appellatione heredum debere intelligi in posteriori hoc
sensu ut repugnantia cum aliis Iurisconsultis vitetur ex regula l.
in ambigua 19. ff. de legibus. Notat Hilligerus ad Donellum
D. lib. 8. cap. 29. littera, c, sic enim nominatis omnibus
Dominis servum stipulari pro eo quod est non sub propriis no-

minibus. sed sub commemoratione omnium Dominorum eius
servum stipulari ideoque proportionibus dominiis adquirere,
scriptum et explicandum est in l. proinde 7 vers. idem ff. de stip.
servorum. Observat Cuiac. lib. 15 quaest. Papin. in d. l. non-
nunquam 43. ff. ad S.C. Trebell. sic etiam nominatim legare
vel manumittere vel exheredare testator dicitur, quoties in
eis singulis personam de qua agitur exprimit demonstratione
aliqua quae nominis vice fungitur, quamvis sine expressione
proprii nominis. l. nominatim 90. ff. de leg. 3o. l. nominatim
24. ff. de man. testam. l. 2. ff. de lib. et post. sic de-
nique ut etiam secundae propositae difficultati ex principio d. l.
sive 17. cum seqq. laudatis solutionem aptemus, ex duobus ca-
sibus qui in principio d. l. 17 exprimuntur, utrumque et praecipue se-
cundus fingi potest in legato relicto vel sub propriis nomi-
nibus, vel sub appellatione heredum, dummodo specialiter atque
eo sensu nominatim a quibusdam heredibus non ab omnibus. sive
legatum sit a certis personis heredum nomine proprio vel
communi designatis velut sub appellatione fratrum, ut in l. Lutius
78. § Maevia 5. ff. ad S.C. Trebell. omisso tamen neque onerato
aliquo herede, qui primus casus est principii d. l. sive 17. sive
legatum specialiter sit ab omnibus heredibus sub appellatione
heredum et excepto aliquo, qui secundus casus est d. l. 17. in
utroque aiente Paulus cum Sabino et Cassio in d. l. 17 et cum
Iuliano in d. l. qui pecuniam 22. in princ. et ult. tandem quod idem Iuli-
anus eiusdem cum Sabino sectae et scholae in d. l. si quis 12 ff.
de statu liberis iuncta l. 2. § ult. in fin. ff. de vulg. pup. Iuris.
atque ita probabiliter intra eosdem terminos accipienda Rectissime
affirmant praestandum legatum a designatis aut implendam conditionem

persona Conditione dandi proportionibus Hereditarijs, quia etiam quo casu proprijs Nominibus designati fuerint, cum tamen non ab omnibus Legatum sit, Expressio Nominum in quibus dumtaxat facta praesumitur potius ad Exonerandum vel Excludendum non nominatum atque ita omissum vel Exceptum, quam ad inducendas portiones viriles inter Nominatos, ut consideravit Alligerus et Cuiacius ubi supra.

23 Diversa autem et adversa et quamvis omni aspectu difficilis Sententia Pomponij in L. Turpia 54 § ult. ff. de leg. 1. Cuius priora verba Cuiacius lib. 15 quaest. Papin. in d. L. nonnunquam 28. ita corrigit, ut pro verbis illis, si pars heredum nominata sit, Legatur, si personae heredum nominatae sint. Sed explosa ea Emendatione, et omissa Bart. et Antiquiorum communi interpretatione d. L. Turpia 54 § ultimo, quam refert, et refellit Iason ibidem ex n. 1. alia Gilquinij in L. 1. n. 7. C. de impuberum, observandum imprimis est quod nondum observatum vulgo aut notatum, nempe in prima parte § ultimi d. L. Turpia 54. quamvis pars dumtaxat heredum nominata scilicet nominibus proprijs in Legando fuisset, tamen procul dubio constanti a Pomponio supponi, fuisse etiam ceteros heredes onerator Legato, sed partem eorum proprijs nominibus reliquos autem sub appellativo heredum aut alio communi nomine, veluti Titius, Caius, Maevius et reliqui heredes dato decem Sempronio, id circoque Pomponius non sic loquitur ut proponat a parte heredum Legatum fuisse sed ita potius, si pars heredum nominata sit in Legando, nec respondet nominatos debere, sed indefinite et indistincte ita heredes debent, significans nimirum quamvis nominata pars heredum tamen ab omnibus Legatum fuisse, et omnes debere

Nec fuisse aliquem heredem omissum siue exceptum, ab onere legati. Unde et sic apparet speciem Pomponii in d. l. turpia 54 § ult. in prima parte distare a priori specie et responso Pauli in d. l. siue 17 in eo saltem, quod apud Paulum constat fuisse aliquem heredem omissum vel exceptum et exoneratum legato. Qua praemissa animaduersione affirmamus ideo apud Pomponium nominatis propriis nominibus pluribus heredibus et ceteris sub appellatione heredum grauatis deberi legatum pro virilibus, quia cum nominatio quorundam non possit intelligi facta ad excipiendos legato reliquos non nominatos, quoniam eos etiam oneratos supponimus, necesse est, ut ne omnino sine effectu nominatio sit, fore sumamus eam factam ad inducendas portiones viriles et quidem non tantum inter nominatos sed etiam inter ceteros heredes grauatos quoniam cum nomina propria quorundam praecesserint quamuis reliqui non propria sed communi nomine onerati sint, tamen in eis omissio nominis proprii censetur facta breuitatis studio potius quam animo recedendi ab enumeratione personarum nominibus propriis incoata cui standum est ex sententia eiusdem Pomponii in l. si communis 37. vers. sed cum agnomina ff. de stipul. seruo. iuncta l. si ita quis 66. ff. de hered. insti. Diuersum autem est in d. l. siue 17. ibi nominatio quorundam heredum cum non omnes grauati sint censetur facta ad distinguendos nominatos ab iis qui vel excepti vel omissi sunt et consequenter non ad inducendas viriles portiones inter nominatos.

Nec nos ab hac interpretatione d. l. turpia 54. § ultimo 24
mouet aut mutat, etiamsi neque prompte neque praetermittendae explicationis sit, secunda pars eiusdem § in qua statim subiungitur, si omnes heredes nominatim legando sint seruiet

proprijs Nominibus (ut in prima eiusdem Textus parte posuimus, et ut ponamus in secunda, postulat. Sicutque eiusdem continuatio cum prima et Pomponij mens intendens prorsus et insinuans distinctionem seu differentiam inter casum quo pars heredum nominata et quo omnes nominantur quae utique differentia nulla erit nisi intra terminos nominationis eiusdem proprijs nominibus factae procedat) debere heredes legatum pro partibus hereditarijs, in qua parte Pomponius sic acceptus pugnat aperte Marte cum Neratio in D. L. si heredes 124. ff. de leg. 1. Papin. in D. L. nonnunquam 23. ff. ad S.C. Trebell. et quod magis est secum ipse in D. L. ita liber 8. § 124. ff. de statuliberis. Sane quoad secundam eiusdem partem quandiu probabiliora non scribuntur subscribimus communi Acc. Bart. aliorumque sententiae in D. L. 124. § ultimo intelligentium eam secundam partem in heredibus nominatis non tanquam singulis proprio sed tanquam omnibus communi sive appellativo nomine heredum quod et ideo hereditarias partes debent. Cuique expositioni favet quodammodo verbum Omnes quod solet accipi pro universis ut universis, sive collectivo pluribus nomine comprehensis, ut in L. sicut 7. § ult. in fin. ff. quod cuiuscunque universitatis, iunctis traditis a Bart. in L. hoc articulo 29. ff. de hered. insti. Maxime quando omnes distinguuntur a certis personis, ut singulis proprio nomine designatis ut in D. L. sive 17. in fin. ff. de duobus reis. Neque incongruens sic intellecta differentia Pomponij, consistit enim inter casum, quo omnes nominati ut heredes et gravati et casum quo quamvis omnes gravati pars tamen eorum sub appellatione heredum et pars alia nominibus proprijs: Atque ita non inepte continuatio et transitus fit a casu, quo gravati quidam sub appellatione heredum ad casum, quo gravati

Omnes sub eadem appellatione: consentitque quoad interpretationem Iani secundo [illegible] D. L. 54 § ult. Noster Gregorius Lopez Madera animadv. cap. 29. Tandem neque urget contra Papin. in D. L. nonnunquam 23. Expensus supra Sceuola in L. Lucius 78. § Meuia 5 ff. ad SC. Trebell. quia respondetur vocatos ibi ad fideicom. siue substit. quamuis non sint vocati sub appellatione heredum, tamen vocatos fuisse sub nominibus proprijs, sed sub appellatione fratrum, quae cum communis, et collectiua sit conueniensque pariter omnibus coheredibus, utpote fratribus filijsque eiusdem Matris iam D. § Meuia, nullaque ibi fuerit propria singulorum nominatio, quae personas vocatorum enumeraret, et inter se singulos proprijs nominibus distingueret, nulla etiam coniectura est ob quam inducamus portiones viriles siue pro numero personarum. D. L. si heredes 124 ff. de leg. 1. nullaque ratio ob quam recedamus a primaria illa regula tradita supra n.º 16. de admittendis coheredibus ad substitutionem, vel fideicommissum pro partibus ex quibus instituti.

Tertius casus et primariae illius regulae de qua d. n. 16. postrema exceptio extat in L. quoties 22. § 1. ff. ad SC. Trebell. L. Vnum 7 § ult. ff. de rebus dubijs, ibi si quatuor ex disparibus partibus institutis rogauerit eorum unum testator, ut post iam coheredibus restitueret acceptis ab unoquoque decem aureis, traditum est deduci coniecturam et praesumptionem voluntatis defuncti ex comparatione aequalitatis conditionis dandi decem quae par et pariter in singulis expressa est, argumento in re simili ex L. 1. ff. de rebus dubijs: namque utquamuis heredes ipsi ex disparibus partibus instituti fuerint, tamen credamus voluisse defunctum partes 29. et ult.

35

Equales sive viriles habere in fideicommissi, loc quibus Equales partes dedit in conditione sub qua ad fideicom. vocabit: sicut e contrario si inequales eorum partes fecerit in conditione unumq. eorum plus, alios minus conditionis implendæ gratia dare iusserit, cum si sit conjectura efficax, quæ inducat viriles sive Equales partes, ad mittentur potius pro inequalibus hereditariis D. L. Utrum 7. § ult.° Explicat Cuiac. ibidem et Lib. 39 Resp. Iuliani in D. L. quotiens 22. et Lib. 15. quæst. Papiniani in D. L. nonnumquam 23. Donellus in D. L. Utrum 7. § ult.° et in L. 4. C. de impub. Ubi Cuiac. et Gilquenius n. 8. Fusarius De substitutionibus D. quæst. 478. n. 13. Duaren. ad Tunc tit. cap. ultimo. quibus pro coronide adiicimus eandem Regulam Exceptionesq. de admittendis coheredibus ad substitutionem vel pro hereditariis partibus vel pro virilibus applicari posse explanandæ Legi si in tt.° 5. hoc tt.° in qua, quoniam quæ reliqua sunt et Ius accrescendi Legemque Papiam pertinent exposuimus proximo ab fine anno ad L. re coniuncti 89. de leg. 3.° cap. 1. n. 5. et 20. et cap. 4. n. 10. et 13. non inculcamus nunc dictata illa, quæ vel sup.ª vota et merita publice Legi, et Calamis vestris Excipi scimus.

Ad L. 15 qui ex bonis 6. Hoc Titulo
Novæ aut ignotæ Vulgo Notæ.

N.° 1. Fuit huius L. semper interpretatio, crux veluti ingeniorum aut scopulus, illi et ingenia, unius classis et seculi Expositores et Academici antecessores, contentione et labore improbo simul irritoq. aut impegerunt, aut deffecerunt. Nobis ut brevia hæc

scho Lastici cursus spatia, quae ad Paschales ferias supersunt, diem occupasse Multiq. ad huius Loci explicandi vulgata non pauca scripta, inevulgata adiecisse Liceat inprimis Meminisse oportebit quaestionem et sententiam Ferentii Comunis in praesenti esse deco quod cum ex bonis testatoris patris solidum capere non posset, poterat tamen capere solidum ex bonis impuberis filii liberi testatoris, et substitutus pupillariter eidem impuberi, quaeritque Ant Excam substitutionis solidum possit capere quasi a pupillo non a patre capiat. Primumautem summaque difficultas quaest in eo e, ut aperiamus et aptemus speciem in qua quis solidum a patre capere non potest sit tamen capax solidae Hereditatis ex substitutione filii in qua Acc. in praesenti cita l. et post eum Bart. Bald. Castrensis. Cumanus, Iason. et Comuniter Antiquiores in praesenti, et ex Novioribus Alciatus Lib. 4. parergon. Cap. 5. Menochius de praesumptionibus Lib. 4. praesumpt. 48. n. 8. cum pluribus Fusarius de subst. quaest. 125. per totam, exponunt speciem et decissionem Nostri Textus in filio naturali qui quamvis a patre Extantibus Legitimis liberis non posset solidum capere sed Vnciam duntaxat, L. 2. C. de Nat. Libe. si tamen filio impuberi eidemque suo fratri substitutus sit Capiet solidum ex substitutione et ex bonis filii non patris. Verum haec interpretatio displicuit Merito quidem aliis inter Accursianos Aretino in praesenti n. 3. et 4. Eduardo caldeira Lib. 4 Variarum lect. Cap. 3 n. 11. et sequent, et ex pragmaticis Garcia de Nobilitate Gl. 20. n. 18. Et eo, quoniam Ante Costantinum in L. 1. C. de Nat. Libe. et Iuris consultorum seculo naturales Liberi Capaces erant solidae Hereditatis Paternae sicut

extranei quilibet L. ex facto 17. § si quis Rogatus ff. ad SC. Trebell. L. ult. ff. de iure deliberandi L. cum pater 77. § volo L. Lucius 88 § ult. ff. de leg. 2°. L. naturali 7. ff. de confirmando tutore L. 2. et 4. ff. unde cognati et quidem etiam extantibus legitimis lib. L. Lucius 45. iuxta commune intellectum Goth.° L. cum tabulis 6. § quoniam ff. de his quae ut indig. L. Heredibus 77. § ult. ff. ad SC. Trebell. quamvis ex autoritate Iustiniani in Novell. 89. quibus modis naturales efficiantur legitimi in princ. et cap. 12. Naturales filios veteri iurisprudentiae fuisse omnino incognitos et incapaces successionis paternae et alienae contendat perperam post Alciatum et alios Antonius Faber in iurisprudentia Papinianea tit. 9. princ. 2 illatione 2 per tota, [illegible] ad Fabrum lib. 3. Tract. 25. quaest. 1. et sequent. et cum eidem ex antecessoribus nostris nonnemo inde deducere [illegible] contra [illegible] expressissime convincit Acc. et Glossatorum interpretatione ad d. Nov. quam tamen sententiae et fundamentis respondet faciuntque satis post Paleatum et multos illigerius ad Donellum lib. 6. cap. 17. Litt. P. Carranza de partu cap. 3. § 4. n. 45. docte et plene noster Larrea 1. tom. decisione Granatensi 37. ex n. 4. et 13. cum sequent. Proinde nec Terentius Clemens in praesenti, neque alibi alii veteres I.C.i contra ius suo aevo receptum filios naturales solidi incapaces supponere potuerunt nec respicere ad Constantini et Valentiniani Caesarum constitutiones ducentis fere annis postea perlatas.

2 Nec felicior in eo explicanda Caldeira [illegible] lib. 4. cap. 3. n. 17. Garcia de [illegible] n°. 28

Affirmasse Cuia. ad Ulp. tit.° 14. intelligentes Nostrum Textum
Iuxta inscriptionem quae ex Terentio Clem. Lib. 4 ad L. Iuliam
et Papiam De Orbo sive Liberis carente, qui in poenam Orbitatis solam
dimidiam Haereditatis Legati vel fideicommissi sibi ab extraneo
relicti capere potest. nisi intra centum dies aditionis Liberos sus-
ceperit atque aliter. Solidum ex test.° capere prohibetur. LL. Iulia
et Papia ad quas pertinent atque ita de Orbis explicandi sicut
idem Terentius Clemens eodem Lib. 4 ad L. Iuliam et Papiam
in L. sig. Solidum 71. ff. de hered. institu. Ubi in aliis libris
Iuris auctores in L. cum si 42. L. si fitio 55. §. 1. ff. de leg. 2.°
L. si fidei 28. ff. de leg. 3.° L. si servus 82. ff. de adqui.
hered. L. Cogi 16. §. sig. solidum ff. ad S.C. Trebell. L.
qui conditionis 36. ff. de Mort. causa Donati. Iunctis
selectioribus Iuris in L. qui n. militabat 78. §. ult. ff. de
Hered. institu. L. si postulante 67. §. ult. ff. ad S.C. Trebell.
L. Plautius 43. §. item scinditur ff. de Cond. et de Monstr.
L. editos 13. §. ult. ff. de iure fisci. L. eig. 20. ff. de
Mort. Causa Donationibus. Ni in qua felicioris ita sentientes
Neque si aliquando idem sensit Cuiacius qui tamen Lib. 9 observatio-
num cap. 17 hanc interpretationem agitur acriter carpit (quoniam scilicet
Orbus sicut ex test.° patris ita etiam ex substitutione impuberis
incapax foret Solidi adquirendi) simulque indigne et iniuriose
notat tacito nomine suis interprete, qui dum Legi Nostrae nul-
lum aliud ex LL. Iulia et Papia exemplum aptari posse scit
nisi de Orbo, idque n. convenire videt totam Nostri textus Epigraphem
delendam et circumscribendam esse affirmavit.

Quapropter idem Cuia. 3

Additum C. de infirmandis poenis Caelibatus, et ad Nostrum Titulum

in presenti Governa ibidem Benedictus Pinedus lib. 2. selectarum Cap. 58. n. 4. Docent Speciem questionis q. L. nostrae fingendam esse in Uxore Scilicet Seia, quae cum ex alio Matrimonio filios Superstites haberet, nupsit postea Titio habenti etiam Semproniu filium impuberem ex alio Matrimonio Nec tamen ex contracto inter Titium et Seiam liberi procreati sunt: atque itaque postea Titius Semp.o filio haerede instituto Substituit eidem pupillariter Seiam Uxorem. in qua Specie propriè affirmatur Seiam non potuisse ex bonis Mariti testatoris Solidum capere quoniam Coniuges liberis ex eo Matrimonio quod contraxerunt, carentes decimam solam bonorum et Usufructum tertiae partis atque in singulos liberos alterius Matrimonij totidem decimas alter alteri relinquere, et Matrimonij nomine vicissim inter se ex test.o capere poterant, et praeterea Uxor dotem sibi legatam, teste Ulp. in Frag. tit. 15. et quidem ex LL. Iulia et Papia, quae decimariae inde vocatae in rubrica C. de infirmandis poenis Celibatus, et LL. decimarijs sublatis, et ad quas pertinet, et referendus est ex eodem lib. 4. adeas L. ex quo deducitur noster textus est, Terentius Clemens in L. sed si haeres 62. § 1. ff. de Cond. et demonstr. L. quoties 67. ff. ad L. falc. L. cum ab Uno 93. ff. de leg. 2.o Iunctis ex aliis libris et iuris auctoribus L. qui Uxori 48. ff. de auro et argento legato L. ult. ff. de His quae ut indignis L. si compensandi 6. C. de haered. inst. L. un. C. de his qui se deferunt lib. 10. L. un. C. Unde vir et Uxor. L. Ult. C. Thea. Legiti. haered. L. 1. eodem C. de bonis proscriptorum et quoad Usufructum tertiae partis L. cum ultima ff. de Usufr. L. partis 10. ff. de praescriptis Verbis, L. cum Uxori 4. C. quando dies legat. cedat, L. Lucius 78. § Maritus ff. ad.

ad SC. Trebell. L. si ita qs. 55. §. ult. ff. de leg. 2°. L. generali 32. §. usumfructu 8. cum §. sequenti L. ult. ff. de usufruc. legato. Deinde et in eadem ista specie affirmatur potuisse Seiam capere solidum ex bonis pupilli, sive a pupillo utpote cuius respectu non est orba, sed mater aliorum liberorum ut docent Cuiacius, Gomanus et Pynedus nuper laudati. Verum neque hec interpretatio nisi conniventi judicij lumine admitti potest quia Terentij nostri verba aperte preseferunt proponuntque questionem non de uxore, seu femina sed de viro incapace solidi ex bonis patris et substituto impuberi, ut in prin. ibi si is qui ex bonis, et postea, substitutus sit, ac denique ibi si exheredato esset substitutus non impedire eum capere. Et quamvis masculini sexus appellatione plerumque etiam femine comprehendantur L. 1. §. de testatio 40 §. 1°. L. patroni 52. L. filij 84. L. inter. 101. § ult. L. illa 163. § ult. L. liberti 172. ff. de V. S. L. qui duos 62. ff. de leg. 3°. et quidem etiam in tractatu legum Julie et Papie ut ad easdem lib. 10. scripsit Caius in L. 152 hominis, ff. de V. S. Juncta L. penult. C. ad L. Corneliam de sicarijs. L. venditor 8. ff. de evictionibus. id tamen fit per interpretationem auctam et extensionem iure receptam a masculino sexu ad femininum quoties materia de qua agitur utrique convenit, L. quisquis 116. L. servius 122. L. pronuntiatio 195. L. aucta 201. ff. de V. S. Ceterum in nostro textu cum species que in uxore a Cuiacio proponitur non possit adaptari marito ut attente pensitanti liquebit, non posset nisi inepte et inconspecte consultus masculina appellatione uti in re que soli femine conveniret.

Quocirca Clarissimus Preceptor meus - 4

imo Primarius in Academia, sed Hispaniæ nostræ Antecessor I.C. Senator publico bono natus, et denatus mihi que publicis et privatis nominibus laudandus et lugendus D. Alphonsus Giller de la Carrera in Comm. ad L. Uni. n. 3. C. de cad. toll. Sic speciem textus nostri fingi posse affirmabat, Titius Seia quæ Sempronium fratrem liberis orbum habebat, duxit uxorem filioque communi ex Seia suscepto substituit pupillariter. Sempronium fratrem Seiæ et avunculum impuberis: Atque ita in ea specie eveniunt duo illa, quæ Terentius noster proponit nempe non esse capacem solidi ex bonis patris testatoris Sempronium, sed dimidiæ duntaxat relicti scilicet quia orbus est iuxta tradita n.° 2.° et tamen eundem Sempronium capere posse solidum ex bonis pupilli quoniam pupillo utpote avunculus iungitur tertio gradu cognationis, §. tertio gradu institutionum de gradibus. et lex Papia genere proximis, usque ad tertium gradum, suffragium suum imponere exhibuit et antiquum ius quod ante Iuliam Papiam quæ vigebat, conservaverit ita ut etiam si ii liberi aut orbi essent, solidum tamen capere ex testamentis propinquorum infra tertium gradum, Lege unica in principio versiculo et cum lex, versiculo et cum lex, Codice de caducis toll. et quod magis est ita ut liberi parentesve testatoris intra tertium gradum si heredes instituti essent, portionem coheredis legatumve ita deficiens, ut per L. Papiam tanquam caducum vel in causa caduci deferendum fisco foret, retinerent potius caperentque pro non scripto et sine onere ex iure antiquo quod ante introducta caduca et in causa caduci in omnibus quæ deficiebant servabatur L. un. §. et cum triplici cum §. sequent. C. de cad. toll.

quo modo explicandus Ulp. in frag. tit. 57. §. 1. et tit. et 58. et explicari solent Jur. int. pater 29. in prin. et §. ult. ff. de leg. 2°. L. si in titt°. 5. in fin. Soctt°. de quibus plura ad L. de coniunct. 89. Cap. 1. et q. n°. 4 et 5. ff. de leg. 3°.

Sed quoniam huic interpretationi Noviores Duos Reg. ignobiles nre Academie antecessores refragatos fuisse et fortasse alios adhuc refragatorios esse scimus miranique sapientissimum (ut aiunt) virum in re tam aperta deceptum fuisse quasi scilicet comentitium et sine autore sit, quod interpretatio hec supponit, nempe etiam cognatos ex latere intra tertium gradum, veluti avunculum habuisse ius antiquum et capacitate solidi, utpote cum ex D. L. Unica vers. et cum lex, et ex Ulp. D. tit. 17. 18. duntaxat constet liberis et parentibus intra tertium gradum L. Papiam ius antiquum servasse, non autem collateralibus, erit officii affectusque nostri nec vulgaris preterea observationis firmare breviter sententiam preceptoris, quam maiorem Reg. etas Reg. Academia nra tulit, et probare. Imprimis quod dicimus non tantum liberos et parentes sed etiam agnatos cognatosque ex latere intra tertium gradum et in comuni genere proximos potuisse etiam, si celibes aut orbi essent, ex ttis pro pinguiorem solidum capere. Probatur testim°. Nicephori Calixti antiqui et antiquioribus semper consentienti historici lib. 7. Eccl. Historie cap. 4. 6. illic. Absurdas etiam illas apud Romanos leges, ne celibes in adeunda hereditate coniugibus equarentur. Nam preter quam genere propinqui quidquam ex tt°. lucrarentur, abrogavit. Socomeni ita ex Nicephoro et greco textu corrigendi et vertendi lib. 1°. Eccle. Historie cap. 9. ubi de L. Pap. et celibibus ita: Lassitque preterea ut nihil comodi nisi genere proximi essent ex testamento caperent. Sua-

detr̃ Docipsũ Exemplo L. Iulia de Vicessima Hereditatũ
quæ ex Hered. Leg. et Mort. cau. donationib. Vicessimã
fisco sive Erario Militari solui constituit teste Dione
Cassio lib. 56. Historiæ et ad quã pertinent iuxta inscriptio-
nes Textus in L. Nulli 13. ff. de Trans. L. funeris 37. de
de Relig. et sumpt. funerũ. L. si Mutus 7. ff. q. testam̃ta
facere possunt. L. Computationi 68. ff. ad L. Falcidiã. L.
Mille 154. ff. de V. S. iuncta L. filius familias 114. § diui
14. vers. sed Hæc ff. de leg. 1.o L. 2. in fin. C. de transactio-
nibus. et ex observatione nr̃a L. dicũ 6. in fine ff. de
fideicom. libert. L. 2. § si quid. 16. ff. de Hered. vel act.
Vendita: fuitq. eã de Vicessima Lex conveniens valde LL.
Iuliæ et Papiæ n̄ tantũ tempore, autore, et fine. Cum neq̃
enĩ lata ab Augusto aut eo imperante et locupletandi
Erarij seu fisci gratiã, sed etiã sui constituto eiusdemq.
exceptionibq. : quia quemadmodũ Iulia et Papia mat̃ã
Caducorũ ex Hereditatibq. et Legatis et Caducorũ principiũ ab
aditione Hereditatis, vel apertura Tabularũ sumpsit L. vn. § cũ
igitr. 1.o C. de cad. Toll. ita Iulia de Vicessima id tributũ
ex eadẽ mat̃a. Hereditatũ et Legatorũ, et solutionẽ eius
ab apertura tt̃i et aditione Heredis incipere voluit, autore
Paulo Lib. 4. Sent. tit. 6. § vlt. L. vlt. C. de Edicto diui
Adriani tollendo et e converso probabile eodẽ exemplo est
Liberatos fuisse a penis cœlibatus, et orbitatis n̄ tantũ
Liberos parentesq. sed etiã cognatos ex Latere saltem
usque ad tertiũ gradũ, sicut excepti fuerunt, et immunes
a Vicessima soluenda n̄ tantum sui Heredes ad quos et
ad Vicessimã referri solet disputatio Pauli in L. in suis
11. ff. de liberis et post. sed generalitr liberi, parentes

fratres Sororesq. Ex constitutionibus Nervæ et Trajani de quibus plene Plinius in panegirico et preterea alijs agnatis et Cognatisque. quibus vicessimæ immunitas tributa erat ab imperatore suo, cuius in Sacra meminit Ulp. apud autorem Collationis Legum Mosaycarum tit.° 16. §. ult. in fin. ibi Sed imperator noster in hereditatibus quæ ab intestato deferuntur, has solas personas voluit admitti quibus decimæ immunitatem ipse tribuit, si tamen eo loci pro verbo decimæ legatur vicessimæ, facilli errore ex nota numeri duplicis xx. quo vicessima scribi et significari solita, et altero x omisso decimæ numeralis et mendosa nota remansit ut observat Petrus Pithœus in Notis ad d. tit.° 16. §. ult. quamquam si expositione Ulp. frag. quam emendatione manifestari possit, respicere Ulpianum ad illum quod ipse in suis frag. tit.° 16. in principio vers. item si cognati, docet nempe cognatos intra sextum gradum si matrimonium contraxerint posse etiam orbi sint, alterum ex alterius test.° solidum inter se capere et consequenter intra eum gradum esse immunes seu liberos a limitatione decimæ quam alioquin sola coniuges orbi inter se capere poterant, ut monuimus n.° 3. quemadmodum et usque ad sextum gradum usque admittuntur ad bonorum possessionem unde cognati et successionem ab intestato § ult. institu. de succes. cognato. l. 1. §. sed autem ff. l. penult. ubi Cuiacius lib. 6. resp. Papiniani ff. unde cognati, iuncta l. 4. ff. de gradibus. Unde etiam alia via pro priorisque magis nostra assertio firmatur. Nam si coniuges inter quos restricta et repressa magis capacitas testamentaria, scilicet quia non ultra decimam bonorum coniux orbus ex test.° coniugis capit, cum tamen ex alterius test.° capiat dimidiam relicti, atque ita dimidiam bonorum si ex asse institutus l. ult. C. Theo. de legiti. hereditatibus iunctis traditis sup.a n.° 2 et 3. tamen si cognati usque ad sextum gradum coniuges fuerint savio

Erunt inter se Solidi capacitatem testandi Sp. D. tt.º 16. §. 1.º Magis legem Gabriusse Respectu aliorum quorum Cognati intra eundem gradum fuerint

6 Tertio eidem assertioni Lucem dare et debere posse opinor Papi. in L. dotem 16. §. 1.º ff. de castrensi peculio, si supponatur. Exponatur quod in eiusdem L. prin. traditum est, hereditatem filiofamilias Militi ab Uxore relictam computari in castrensi peculio, quamuis Dos eidem Militi data vel promissa non computetur, quoniam ut Papi. scribit Dos non Militiae ex causa datur, sed pro oneribus Matrimonii, et liberorum communium, quae onera sicut ad patrem filii Militis pertinent, ita et patri per filium Dos adquiritur. Neque in castrensi peculio est. D. L. Dotem 16. in fin. principii. Hereditas autem adventitio iure quaeritur. idest non ratione aut respectu Matrimonii, et liberorum sed etiam si Matrimonium et liberi defficerent, adquireretur hereditas solida non tanquam patri aut Marito sed tanquam militi et ex Militiae privilegio, et Iure, quo attento Militantes et intra annum posquam militare desierint censentur reipublicae causa abesse, habentque solidi capacitatem et liberam testamenti factionem, ut Ulp. docet D. tt.º 16. Vers. aut si Vir absit: et iuramaritorum et patrum autore Dione Cassio lib. 60. Historiarum iunctis atque inde cum inscriptionibus ad ll. Iuliam et Papiam referendis explicandisque l. si qua 38. §. 1. in fin. l. qui mittuntur 35. cum duabus ll. sequent. ff. ex quibus causis Maiores, quibus consequenter Hadrianus Cesar rescripsit hereditatem filiofamilias Militi relictam ab Uxore computari in castrensi peculio utpote castrensi iure et privilegio quaesitam L. Divus 13. ff. de castrensi peculio quamuis in aliis donationibus et legatis distinguatur. sicut distinguitur in L. similibus 6. L. si forte 8. ff. de castrensi peculio explicat quamuis non ex acte Cuia. lib. 19. resp. Papin. in D. l. dotem 16. captatque Papiniani Mentem potius, quam capit. Faber in iurisprudentia tt.º 11 princ. 6. illationes. Quo supposito subiungit Papin. in D. l. Dotem 16. §. 1.º

Speciej veluti a precedente diversa, adversaq. in qua Respondet Hereditate filiofamilias Militi relicta. n. computari in castrensi peculio, quando relicta e fratri patruali in alia provincia Militanti a fratre patruele qui cum illo nunquam Militavit, et ratione responsi reddit, sanguinis etenim ratio non Militie causa Meritum accipiende hereditatis prebuerat. Quod responsum et ratio eiusdem et differentie inter hereditatem relictam ab uxore in primo responso, et relictam a fratre patruele in secundo responso, si ex comparatione utriusq. et eisdem principiis sive intra eosdem terminos explicanda sunt significant probantq. ideo in secundo responso hereditatem n. computari in castrensi peculio, quia non ex causa et privilegio Militie contra limitationem decime inter coniuges ex L. Papia ut in priore responso hereditas capitur, sed ratione sanguinis quoniam scilicet filius Militans etiam si non Militaret, et orbus aut celebs esset, capax fuit solidi ex testamento fratris patruelis, utpote ei ex latere coniunctus 3.o gradu cognationis §. 3.o gradu. 3. institut. de gradibus. Quarto denique nostra asumptio confirmatur ex eo q. in hereditatibus ab intestato nullus locus fuit caducis et in causa caduci, ex sententia ipsarum Legum Iuliae et Papiae quia duo illa tempora et veluti extrema aditionis et aperture testamenti a quibus caducorum exordium sumptum fuit. D. L. Unica. §. Cum igitur C. de cad. tollendis n. erant ab intestato neque tempora aditionis sive cretionis quia dantur solis heredibus institutis, ut Ulp. insinuat tit.o 22 §. cretio 27. Neque apertura tabularum seu testamenti quia nonnisi his tabulis deficientibus, aut destitutis succeditur ab intestato, L. I. ff. si tabule testamenti nulle extabunt. et ideo ab intestato indistincte admittunt

Jus accrescendi ICti in libris ad ll. Julia et Papia. l. si tibi. 61. §. ult. ff. de leg. 2°. l. 4. ff. de bonor. poss. iunctal si ex pluribus 9. ff. de suis et legit. cum traditis à Cuiac. lib. 12. observ. cap. 11. Merillio lib. 5. observ. cap. 4. cui consequens è in successione abintestato etiam celibem et orbum capere solidum potuisse, quamvis non ex liberis aut parentibus defuncti esset, sed tanquam agnatus iure civili aut pretorio per bon. poss. unde legitimi, vel tanquam cognatus per unde cognati succedere intra gradus, quibus ad successionem admittitur D. l. penult. ff. unde cognati, quod ratio cuius intuitu ab intestato succeditur, facit etiam celibem et orbum cognatum capacem solidi ex successione cognati. Cuius exemplo et veluti argumento a fortiori fit verisimile ut si abintestato ubi ex sola aut precipua vocatione legis succeditur, cognati transversales celibes aut orbi habent solidi capacitatem ratione sanguinis, multo magis solidum capiant iidem cognati ex testo. ubi preter meritum sanguinis adest vocatio testatoris et legis eam confirmantis.

7 Neque assertionem nram impugnant, quamvis primo adspectu ei repugnent Ulp. D. tit. 17. §. 1°. et ult. et tit. 17. et Justinianus in D. l. unica in prin. vers. et cum lex. C. de cad. toll. Dum iste aperte scribit solis liberis et parentibus l. Papiam ius antiquum servasse, utérque autem magno consensu id ius antiquum in liberis et parentibus usque ad tertium gradum, neque ultra neque in aliis supponit. Unde et inprimis propriè evincitur non fuisse id ius servatum transversalibus, deinde et multo minus datum eisdem transversalibus id ius usque ad sextum gradum, ut sinsinuavimus n°. 5 infin. Cum liberis et parentibus non indulgeretur nisi usque ad tertium, in quibus tamen maior omnino et manifestior indulgendi ratio. l. 1. §. largius 12. ff. de successorio edicto

Verum Hec iuris et Rationi pugnat que fortasse Hactenus
Multis imposuit, Nostraterq. in contrariam Sententiam transf-
uersos egit, Componetur Cessabitq. si Obseruetur q. Nescio An
adhuc distincte Obseruatum. Nempe diuersum esse ius antiquum
illud Cuius in liberis et parentibus Mentio apud Iustinianum Hp. q.
Nuper Laudatos, et illud quod etiam incognatis transuersalibus
pro interpretatione dicti Iuris supponitur. Namq. Hp. Iustinianusq.
Loquuntur de Iure retinendi pro non scripta et sine Onere portionem
coheredis, aut Legatum quod ex persona eius cui relictum sic
defficiebat, ut tanquam caducum Vel in causa caduci fisco deferendum
esset ex L. Papia per quam tamen eo iure et priuilegio retentionis
fruebantur liberi, aut parentes heredes instituti idque antiquum ius
Dicitur, quia ante L. Papiam omnia defficientia pro non scriptis
et sine Onere apud heredes, Vel substitutos aut Coniunctos
manebant D. l. Vnica §. inprimo 3o. l. pater 29. §. ult. ff. de leg. 2.
Diximus supra No. 4. infin. Deeo autem iure loqui Hp. Constat
aperte Ex Verbis eius D. tto. 18. ut heredibus illis institutis
quod quis Exeo titulo non capit, ad hos pertineat, Et D. tto 17. §1.
ibi sic. Continuate cum §. sequenti legendum, sed seruato Iure an-
tiquo liberis et parentibus, Caduca Cum suo Onere fiunt, et quo-
ad Iustinianum apparet ex D. l. Vn. Vers. et cum lex, ibi Solis liberis
et parentibus testatoris Vsq. ad tertium gradum, si scripti fuerant he-
redes: et postea in fine illic. Ius antiquum intactum eis Conseruans.
Nos omnibus Viris subiectis sine differentia personarum hoc
Concedimus, si Conferantur Coniunganturq. Extrema Verba D.
l. Vnice 7 §. inprimo 3o. ibi. nullo grauamine nisi per raro
in hoc pro non scripto superueniente, quod et Nostra maiestas
quasi Antique beneuolentie Consentaneum, et Naturali ra-
tione suadentium intactum atque illibatum precepit Cristo Dixi

Diversum autem est ius de quo in praesenti loquimur affectionis quoque indultum non solis liberis et parentibus, sed etiam genere proximis testatori cognatisque ex latere usque ad sextum gradum scilicet, ut relictum sibi legatum vel hereditatem capiant solidum etiam si caelibes vel orbi sint. De quo iure non loqui Iustinianum in d. l. un. vers. et cum lex, perspicue probo ex eo, tum quia parentes testatoris de quibus loquitur cum filium testatorem haberent, eo ipso non essent orbi, et haberent solidi capacitatem etiam sine respectu sanguinis et ex alieno testamento ut infra docebit n.o 16. vers. aut quatuordecim: tum etiam quia ante Iustinianum incapacitatem caelibum et orborum etiam respectu testamenti extraneorum sublata fuerat, et omnibus caelibibus atque orbis indistincte ius antiquum capiendi ex testamento restitutum constitutionibus Constantini et Honorii. L. 1. et 2. C. de infirmandis poenis caelibatus, atque ita si de eo iure capacitatis caelibum et orborum Iustinianus loqueretur, vane et falso iactaret in d. vers. et cum lex in fin. se omnibus subiectis sine distinctione personarum concedere idipsum quod ante illum omnibus iam concessum fuerat. Plane observata distinctione utriusque antiqui iuris propositi, non est in obscuro differentiae ratio ob quam ius illud retinendi portionem coheredis aut legatum pro non scripto sit datum solis liberis et parentibus institutis, et usque ad tertium gradum, secundum autem ius capiendi solidum sibi relictum fuerit concessum etiam cognatis ex transverso usque ad sextum gradum, nimirum quoniam favorabilior est causa eorum qui de conservando solido sibi relicto atque ita quodammodo de damno vitando et iure suo satagunt, et aperta voluntate defuncti nituntur, quam eorum qui portionem coheredis aut legatum alii relictum et in coherede aut legatario caducum factum fiscoque deferendum, ipsi quibus aperte a testatore relictum non fuit, vindicare et alienum velut iure

in sua, lucuy Convertere Contendunt; arg. Ex l. suris & item L. Sequenti §. de suris et facti ignorantia Iuncta D. l. Unica in prin: Vers. sed et iuris C. de Cad. toll.

Retenta itaq. nra asser-tione et interpretatione tradita sup.a n.o 4. et Reiecta alia Nuperi ante-cessoris qui speciem l. nrae fingebat in Avo Materno Cuius filia eadem q. impuberis Matrem predecesserat, atq. ita avus idem socer quasi is orbus esset ideoque n. posset Ex testo patris impuberis filia generi sui solidum capere, poterat tamen ex substitutione et avi impubere Nepote suo vel pote cui secundo gradu coniunctus. § secundo gradu instituta d. Ex gradibus. Que tamen Cogitatio Convincitur aperte Ex eo quia qui filium quatuordecim annorum aut filiam duodecim amisit habet solidi Capacitatem etiam Ex testo Coniugis iuxta sup. D. tit. 16. Vers. autem quatuordecim et Consequenter Multo Magis Ex testo aliorum iuxta tradita supra n.o 5. in fin. atq. ita Avus Maternus qui amisisset filiam que iam Nupserat et Moriens reliquerat filium cui substitutio fac-ta est fuisset eo ipso Capax solidi etiam Ex testo patris generi sui. Ergo ut pergamus Retenta ut diximus specie de qua d. n.o 4.o ut iam sententiam nram explicemus, si Avunculus impuberis vel alius eius intra sextum gradum Cognatus Orbus substitutus impuberi sit et is in pupillari etate decedat quamvis solidam here-ditate paterna n. posset Capere, tamen Ex filij testam.to solidum capit quia a filio, cum quo iure proximitatis solidi Capacitatem ~~solidi~~ habet ut a superioribus d. an.it n. a patre Capit. Hanc tamen sententiam de-cisionem ita interpretatur Iulianus ut Cabonis que filio superst. Vixit Ex hereditate paterna amplius capere n. posset, quam ei per Leges licet. Solidum tamen capiat Ex bonis pupilli, que ei aliunde obvenerunt post Mortem patris, hec enim

et ad substitutos pupill. pertinent, l. sed si plures 10 §. ad substitutos in fra de vulg. et pup. Vel si exheredatus sit cui etiã pupillaris substituitur. l. 5 § pen. l. sed si plures 10 §. ad sub-
8 stitutos de vulg. et pup. § n. solet 4 inst. de pupill.

9 Sed primae parti explicationis Iuliani opponi n. dici potest post filij impuberis eius dem qui heredis instituti aditione iunctas esse cepisse patris et filij hereditates et per hoc unam quodammodo fieri l. sed si plures 10. §. filio impuberi infra de vulg. et pup. sive ut Neratius ait hereditatem filij paternam coniungit. l. qui patri 59. ff. de adqui. hered. nec cã alterutrius hereditatis diuidi posse. l. si quis 7. §. ultimo ff. eod. tit. ergo vel ex utraq. solidum Tibos erat capturus vel ex neutra ultra legis modum, ut in specie produci n. improprie potest. Sextum Paul. in l. 16 l. qui heres 11 infra de vulg. quid institutus caelebs qui nihil capere poterat in tit. patris substitutus filio impuberi, eidemque cohaeredi cuius d. suppo ni velim qui intra centum dies ex tionis legi paruerit et ob id portio eius apud filium ex iure vetere remansit. ut expositum est sup.a n.o 7. Post deinde uxorem duxit filios susceperit et pupillus cui substitutus fuit obijt, an Paulus Titius capere posset cum impuber decessit quasi si hereditatem patris n. potuisset capere n. illi obfuturum, quominus ex substitutione hereditatem filij patrisque capiat. Ergo utriusque hereditati par cã est. ita ut qui hereditatis filij solidum capere possit, et patris possit, contra q. Iulianus in praecedenti explicuit. Sed licet iure communi utriusque patri morij par cã sit postquam inmixtione filij iunctum esse cepit, tamen iure ll. caducariarum diuiduntur hereditates

ne alias fraus ei fieret, et solidum consequentur. Caperet ex bonis testatoris per impuberem qui alias non posset. Cuius fraudis eiu[s] dem causa et fideicommissa legatorum nomine comprehensa fuerunt et mortis causa donationes. l. et fideicommissum 87. de leg. 3o. et quod conditionis adimplendae datur. l. quod conditionis 36. ff. de mort. causa donatio. ff. hoc legatis annumerari non solet. l. quae sub conditione 6. ff. si quis omissa causa test. Et species Pauli diversa est, nec contraria nostri Iuliani interpretamento, nam in ea machinatio in ll. metui non potest. cum pelius maxime iuxta eas fit ut qui intra diem cretionis legi paruisset capax solidi efficiatur. l. ups D. tt. 17. iam enim post immixtionem solidum hereditatis filii est. tam patrimonium suum, quam patris, d. l. sed si plures 10. § filio impuberi. cum contra qui capere potuit ex testamento patris possit incapax fieri ex tt. pupillari velut si qui maritus qui mortis testatoris tempore fuit viduus inveniatur, cum impubes decedit vacationis transacto tempore si illum fuit, quod non putat Cuiacius. lib. 6. observ. cap. 38. et interim in medio relinquimus, ut iam utroque noster cum hac. l. i si qui ex bonis 6. fine inveniat. donec succedamus post ferias ad subsellia vos renocem discendi ut semper avidos.

Ad legem lex cornelia 28 cum lege sequenti. hoc 4º de fictionibus legis Corneliæ et Postliminii commentarius

Versan. Iuliani et Scævolæ disputatio in nxi. leg 28 et N. 1º
29 in explicando effectu fictionis L. Corneliæ circa substi
tutionem pupill. Sabemus ad iuntam Veliti et adiacentem tracta
tionem fictionis post liminii. Vtramque ex veteris iuris pruden
tiæ deliciis et inquisitores utroque per eaque Critianus vulgo offerta
se lecta collecta selecta pridem observavimus quæ nunc hic
Commentarius ex privato in publicum dabit. Ergo ut in
primis originem fictionis postliminii et Corneliæ legis et
a. ea. ut dicitur aquam ducamus. Sciendum militaris
disciplinæ sive quod idem est severæ militiæ cohortationis militum
bus et veritates premiis penis et exercitationis cuius dis
ciplinæ mentio in leg. 4. § vlt. leg officium 12 leg mili
ter 13 § 1 de re militari leg ignorans 50 locati § præte
rea 11 instit. de exceptionibus necnon parentibus Roma
nis antiquissimi sive potior venerabilior quæ fuisse dicitur quam
charitas liberos L. post lim. 19 § filius 7 de captivis. Denique
quae Romani fuit decus præcipuum et stabilimentum imperii
ut ex Valerio Vegetio et aliis probant Lipsius libris
circa cap 1. et lib 5 de militia dialogo 1º et lib 1. de
magnitudine Romana cap 2 Franciscus Patricius de regno
lib 2 cap 7 et ante eos Sabellius lib. 6. historiæ Iulius
frontinus lib 4 stratagemmatum cap 1 et seq. iuris in
quam militaris disciplinæ simul cum antiquæ civis prud

gaudentes, Romanes fuisse insigne inter alia et ad rē pertinens documentum illud ut Romani milites Bello capti nunquam publica auctoritate aut pecunia redimerentur imo neque privata pecunia redempti aut ab hostibus rediti aut remissi reciperentur restituerentur in civitatem nulloque alio prorsus Bellica virtute modo sive postliminij integrum sive quod idem est viam recuperandi pristini status et dignitatis civium haberent ut pote per captivitatem capite minuti ab alienati sive cives et servi hostium effecti quae singula ideo introducta a Romanis legum latoribus ut necessario severitatis exemplo militum animos ad fortitudinem extollerent cumque licet invitis necaderent aut vincere aut mori cum scirent si armati ab hostibus caperentur nullam recuperandi pristini status spem superesse redentione alio ve modo praeter quam si dextra sua et sanguine libertatem sibi in captivitate paravissent ut observavit primus noster Valenzuela Lib. 1 illustr. tract. 3 cap. 5 n.° 2 et cap. 6 n.° 1 et 7 cum seqq.

N. 2°

Quod huius documentum cuiusque rationem firmat in primis textus Servij Sulpitij apud Triphoninum in leg. in Bello 12 de captivis ubi hoc ideo placuise Servius scribit quia spem revertendi civibus in virtute Bellica magisque quam in pace Romani esse voluerunt deinde quoad singulas eiusdem document. partes et praecipue, scilicet illam de captivis publice non redimendis exstat nobile scilicet apud Livium Lib. 22. ubi cum dicitur milites Romanos cives Cannensi praelio ab Anibale captos fuissent et captivorum legati consentiente Anibale a Senatu Romano peterent parva pecunia redimi ideoque ex pec

dixe videret, cum eo ipso tempore et pecunia civium octo millia servorum senatus emisset et remansisset obtinuit tamen et scito captum ne captivi redimerentur ea maxime ratione ut scribit Livius ut more tradito a patribus necessario ad rem militarem exemplo servarent ideoque ut loquitur Macrobius Saturnaliorum lib. 1 cap. 11 maluit se respublica servis in tanta tempestate committere et ut Seneca expendit lib. 5 Controversia 7 cum et servos desideraret auxilia captivorum contempsit et credidit eos magis libertatem mori posse quam unquam habuissent quam quod perdidissent memores ut ait Val. Lemius lib. 2 cap. 7 n. 15 tantam multitudinem armatorum liberum honeste mori noluissent turpiter capi non potuisse et ut Eutropius respondisse senatum refert lib. 2 historiae eos cives non esse necessarios qui cum armati essent capi potuissent sed potius quod cum armati essent capi potuissent in sinu esset quia ut ad rem scribit lib. 3 de officiis ... tunc vincere aut mori denique ut eleganter ... tut ... idem signat Silius Italicus lib. 10 punici belli ... obsecrantes captivum vulgus ut auro pensarent parvo ... nec pauca fuere precantum millia mirantem ... per ... cuncta adeo scelera et nomen superare ... omnes armatum potuisse capi cursus ... probat aliud sic in causa Attilij Reguli qui a Carthaginiensibus bello captus et postea Romam sub iuramento redeundi remissus ut redemptionem sui ipsius et commutationem cum captivis a tijs in senatu suaderet sed sit econtrario et obtinuit ... more ... Romanis

ipso

ipse aut alij redimerentur rediitque mox Carthaginem in signi fidei et patientiae exemplo ut memorat Ex vrus Pomp. in leg 5 § Ultimo de captivis et ex Historicis Polibius lib. 1. Apian. Alexand. in punicis. Epitome Livij lib. 17 Aurelius Victor de Viris Illustrib. in Attilio Regulo. Eutro pius lib. 2 historiae, A. Gelius. Lib. 6 noct. Aticarum. Cp. 4. Sillius Italicus Lib. 6 et prae caeteris oratius lib. 3. Odas. pereuntem. Praeterea quod ad secundam illam partem de armis victis bello captis non recipiendis neque admitendis ad integrum ius postliminij etiam si parva pecunia redimerentur aut ab hostib. ultro remitantur. Confirmat hoc ipsum aperte Paul. in leg. postlim. 17 de captivis cuius sunt ex praecedentib. sequentibusque illustranda et convincenda ratio et regula proposita in re simili in leg 2 § n. idem de Captivis accedit quod similliter bello captos ultroque remi sos ab hostib. fuisse eos ignominiosos habitos nec ad missos ad antiquos honores et gradus militiae nisi bina hostium occisorum spolia retulissent ex S. Applij classe cui in senatu dicta de captivis a Rege Pirho remissis cuius mentio in leg 2 § 2 loco 5. vers. Appius ibi Gothofre dus de postulando venta leg 2 § fuit autem 36 vers. post hunc Appius de ciug. Dux probavit inter Eutropius lib 2. et 2. laudatus a Valentia ubi sa. Val. max. lib 2 cp 7 no 25 et cp 9 no 8 Julius frontinus Lib 4 stratage matum cp 1 no 17 Conducunt praeterea Clar. legem de cap. ti. n. redim. neque admittendis lib 5 dell tradita A Livio lib 38 ubi de pace romanorum cum Etolijs Diodoro siculo lib 17 Bibliothecae tertuliano de fuga in persequtione cp 12.

col. 5.o Sed primo et doctum. supposito de pos. lim. in pace super redemptorem aut remissorem denegat illisque bello capti sunt nec concesso nisi bellica virtute meruerint id

versatur

Versatur. acriter Tryfoninus in Leg in bello 12 de cap
tivis ubi scribit in bello post liminium est in pace
autem esse post liminium illis qui bello capti sunt de quibus
nihil in pactis erat comprehensum nec probamus
Cuiacii Petri et Antonii fabri emmendationem quam
sequitur noster Valenzuela Lib. 2. illustr. tract. 3. cap. 6. n.
2. nempe ut pro verbo nihil sequatur idem l. in bello
12 quia si Tryfoninus dixisset bello captis habere
post liminium in pace de quibus in pactis pacis idem erat com
prehensum ut post lim.o redirent quis conveniret
huic precedenti sive rationi que ibi subiungitur nimirum
ideo id placuisse quia spem revertendi civibus Romanis esse
voluerunt in virtute bellica magis quam in pace
cum illi de quibus ante dictum in pace et per pactiones pa
cis post lim.o revertantur. quare accedimus potius inter
pretationi eiusdem Cuiac. lib. 24 obs. cap. 18 et in repe
tita prelectione ad legem uni ff. sigi. sur dicenti non
optemperaverit observat ille per figuram ellipsim seu
reticentiam et intercisam et diminutam orationem in d. leg
in bello 12 in princ. versiculo in pace et post ubi alia
in bello 12 in princ. versiculo in pace et post ubi alia
in pace autem iis qui capti sunt bello de quibus nihil in pactis
erat comprehensum subaudiri et subintelli debere
post liminium est cuius [illegible] ratio que
sequitur in d. vers. quod ideo extat quia eiusdem figure simile
exemplum in obscuro reliquit [illegible] adque ita explicari
do in leg uni § 1 vers. veluti sigi. sur dicendi non optem
peraverit ubi in verbis illis veluti sigi. rex movilem dirri
dicari esse passus non est id dicit eam licet ferri passus est
[illegible] [illegible] dicit non meridit in edictum ut sicadet [illegible]
sub admirativa que sequitur in vers. ceterum et iuris ma
nifestationis et animadvertit post Vulgarium ibi Cuiac.
ubi

ubi proxime et Lib 24 obser. cap 25 Duarenus lib 1° disp. cap 50. illeg. ac Donel. Lib 15 cap 24. littera D.

N. 4° Leg. n. 5. C. de postlim. reversis

Deinde superioribus conuenit quod escriptum est in leg. Cum non 5 C. de post lim. reversis captiuus qui a Varbaris Romani imperij ostibus praefecto Legionis traditus et benigne remissus est, habere illico sui post liminij sicut et in Leg. ab hostibus 12 C. eodem tit. L. nihil 26 in fine de captiuis & si ab hostibus 5 in fine instit. quibus modis ius patria [illegible] affirmatur captiuos qui vel dimissi ab hostibus vel dolo aliquo suo vel virtute aliorum militum victis hostibus recuperantur vel denique qui ab hostibus ad nos perfugerunt et propo nit Thesilus in d. § si ab hostibus in fin. frui statim post lim. cumtamen priore exhibicarionibus benignitate hostium et posterioribus vel dolo suo vel aliena bellica virtute in propria accertam. captiui nec consequimus qui si inuiti dissentiamus a[illegible] Valensis C. tract. 3 cap 7 n° 2 affirmanti tradari in eis solis non de post lim. proprie iuris ciuilis Romani cuius nulla specia lis conditio fuit ut bello captis non nisi in bello et per bellicam virtutem concederetur sed de post lim. iuris gentium de quo in Leg. post liminium 19 de captiuis & etiam in pace et qualitercunque reuersis captiuis competit et de quo solo qui Florentinus in d. Leg. nihil 26 suadit in scriptio quem ex libris instit. in quibus iuris scientiae prima elementa et generalia magis praecepta tradi solent ut Iust. docet in proemio institu. § igitur 4 cum Leg. et de eodem post lim. iuris gentium accipienda d. Leg. 5 C. de post lim. reuersis readat ex eo quia pertinet ad captiuum prouincialem qui ciuis Romanus non erat neque compos postliminii Romanorum non unquam consentimus [illegible] quia non est verisimile in [illegible] iuris ciuilis Romani [illegible] regulas post liminij Romanorum et pro prias alias post liminij aliarum gentium praesentis cum in

Leg ab hostibus 12 C de post lim. reversis et extra libros institutionum et ut verba praeferunt res pacta ipsius iuris Romani illud idem declarant quod in d. leg. nihil est et ex libris institutionum .... et Marciani prima. Servis post limin. Romanorum propria ut pote pertinentia ad ius patriae potestatis in libros dictos § 2 institut. de patria potestate et ad definitionem hostium leg. quos nos 234 de verb. signif. proponantur ante d. leg. 26. in leg. hostes 24 et leg. divi 25 de captivis et praecipue quoad d. leg. 5 C de post lim. revers. minus recte colligitur ex eo quod provincialis fuit captivus illius non fuisse civis Romanus quo nimirum constitutio illa est Diocletiani et Maximiani contemporanea et amplius ante eos omnes provinciales omnesque in orbe siue imperio Romano erant fuerunt cives Romani ex constitutione Antonini Pii leg. in orbe 17 de statu hominum quam ideo antecessor noster illustrat d. l. 1a tract. 3 cap. 7 ex n° 8 et vivens ante illius libri editionem exornavimus in 1a nostra recitatione extemporanea ad leg. postliminium ... Leg. a n° 42

Sed affirmavimus inquam affirmamus potius itaque ... verum documentum illud supra expositum pertinere ... impugnari potest ... ad dictos captos ... qui ... non ... post liminii ... capi permiserunt ... cum pacis ... captivis in pace ... postea tempore ... aliquas ... captivi bello ... ut servi sive captivi ... pacta ... in pace ... quo modo ... redemptione aut remissione ... in bello et pace distinguuntur ... post liminium ... leg. post limin. 5 § 1 et 2 de captiv. ... in bello 12 leg. post ... captis ... ignavia imputari ... quoniam non sicut bello captis ... commercia ... pacis tempore et fiducia ... apud quos ... ante bellum ... post bellum ... culpa ... et infelicitate ...

modo Acc. cum Vulgatis Codicibus legit et legisse velleus in d. Leg. in bello 52 versiculo Verum potius quam uti Florentini suo facto quemadmodum mihi errore meisdem Florentinis factam Sumane potius legitur

quod factum in leg. Liberum 42 de acquirendis quae emmendata ex Leg. 26 ubi de conciliatione utriusque textus Cuiac. Libro 21 Pauli ad edictum de rei vendicatione et Causam facta pro fata in leg. 3 C. Theod. de appellationibus tradis Cuiacio Libro 26 obs. 97 Claudio Salmasio in capitolinum in Gordianis pag. mihi 259 ut proinde reiicienda sit emendatio Hugonis a porta et Budei in annotationibus posterioribus ad pandectas in d. Leg. in bello 52 supponentium pro verbis suo facto illa suo pacto in d. Leg. in bello et multo magis ex praemissis explodenda sit. Ant. Fabr. lib. 1 coniect. prud. cap. 22 primus d. Mat. legentis suo facto in d. Lege in bello 52. vers. Verum et ascribentis totum huius vers. ingenito interpreti aut Triboniano supra meri ex eam tradutis explicetur facile itaque iuxta eam distinctionem postliminij in bello et in pace, cum probabilius post loci supra in contrarium expensi ita ut quoniam non constat in eis agi de armatis bello captis et prae ea narram tradito suo accipiunt de praeponendi termini habiles scilicet in quibus eis dimissi vel remissi ab hostibus aut fuga dolove aut alia virtute liberati habeant ius postliminij nempe

qui vel in pace capti fuerint vel quod plus est etiam belli tempore non tamen in praelio sive non ita ut eis nota ignaviae vel deditionis imputari possit ut accidit in feminis bello captis et postea virtute militum simul cum alia praeda recuperatis ad quam speciem pertinet Tryph. in Leg. cum ingenuam 12 vers. quod publice de captivis.

N. 6°

quod etiam aliud exemplum postliminij

plus Postliminij in pace dati etiam bello captis. q.
nihil est quod eis imputetur in Leg. 3 § [illegible] ex im
